Bb 301
2°

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000003

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000004

# CODICES

## ARABICOS, PERSICOS, TURCICOS,

## BIBLIOTHECAE CAESAREO-REGIO-PALATINAE

## VINDOBONENSIS,

RECENSUIT

JOSEPHUS DE HAMMER,

ORDINUM LEOPOLDI, SANCTAE ANNAE ET DANEBROGI EQUES; CAESAREAE REGIAE MAJESTATI IMPERATORIS AUSTRIACI A CONSILIIS AULICIS IN COLLEGIO RERUM EXTERNARUM, PRIMUS AULAE INTERPRES PRO LINGUIS ORIENTALIBUS; SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM GÖTTINGENSIS, ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM BAVARICAE, ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM BELGICAE ET SOCIETATIS PHILOSOPHICAE PHILADELPHENSIS SODALIS; ACADEMIAE REGIAE INSCRIPTIONUM ET VETERIS HISTORIAE LUTETIENSI, ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM BEROLINENSI, ET COMMISSIONI ANTIQUITATUM SEPTENTRIONALIUM REGIAE HAVNIENSI A LITTERIS; SOCIETATIBUS ASIATICIS CALCUTTANAE ET BOMBAIENS ACADEMIAEQUE CAESAREO-REGIAE ARTIUM PLASTICARUM VINDOBONENSI SODALIS HONORIS ERGO ADSCRIPTUS.

VINDOBONAE MDCCCXX.

TYPIS ANTONII SCHMID.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000005

BIBLIOTHEK der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.

Aus GILDEMEISTER'S Vermächtniss.

# I.

## Scriptores de arte graphica.

1. شوق المستهام في معرفة رموز الاقلام لاحمد بن ابي بكر بن وحشيه *Desiderium scientiae secretorum scripturarum expletum*, autore *Ahmed f. Ebibekr* sub nomine *Ben Waschye* celebrati.

De codice hoc rarissimo, qui ab illustri *Equite Carolo Rosetti de Rosenhügel,* praefecto austriaci commercii in Aegypto, Bibliothecae Caesareae donatus fuit, supervacaneum hic plura disserere, cum a scriptore hujus catalogi in suo maritimo itinere ab Alexandria Britanniam usque in idioma Anglicum translatus, ac dein in Anglia clarissimi *Wilkens* cura, et magnifici comitis *Spenceri* impensis typis vulgatus habeatur sub titulo:

*Ancient Alphabets and hieroglyphic characters explained, with an account of the egyptian priests, their classes, initiation and sacrifices in the arabic language by Ahmed Ben Ebibekr Ben Wahshie, and in english by Joseph Hammer Secretary to the Imperial Legation at Constantinople; London 1806 in 4to.*

Quamquam iste liber sex jam abhinc annis in lucem prodierit, ratione temporum ob interceptam viam hucusque nec in interpretis manus pervenit, eique solummodo memorante cl: Silv. de Sacy, in *magasin encyclopedique* Nov. 1810 innotuit. Princeps hic orientalium Philologorum praesentis aevi, etiamsi plura tam scriptoris Arabici, quam interpretis Anglici σφαλματα recte reprehenderit, tamen in illud quod hunc codicem apocryphum et forsan τω *Ibn Wahschie* non adjudicandum arbitratur, pluribus e caussis nimium relatu longis conveniendum non putamus. Hic solummodo de ratione, qua in manus nostras pervenerit, pauca subjicendi veniam petimus. Nimirum anno 1801 cum Aegyptum visendi caussa, clarissimi Equitis praefati hospitalitatem (quam omnes viatores a dimidio abhinc saeculo celebrant) experti et de codicibus orientalibus inquisivissemus, nil aliud sibi post belli fata relictum fuisse nobis ipse eques fassus est nisi codicem huncpretiosissimum in moschea aliqua adservatum, quem allatum, cum emendi facultas nobis non esset, Bibliothecae Cesareae Regiae Vindobonensi in donum obtulit.

# II.

## Lexicographi.

2. صحاح الجوهري *Verificator dschevherensis* i: e: Lexicon celeberrimum Arabicum, autore *Ebi Nasr Ismail f. Hamad Aldschevheri Alfarabi* defuncto a. 339 *Hegirae*, in Folio.

Autor, uti refert *Hadschi Chalfa*, multo tempore in *Aegypto* ac *Arabia* ob investigandas voces commoratus, *Chorasanam* rediit, ac *Nisaburae* degit. *Thaalebi* ac *Jacut* clarissimi Philologi Arabes opus hoc laudibus extollunt; compluresque commentatores, glossatores ac epitomaton autores vide in Dictionario bibliographico *Hadschi Chalfae*; explicit hic tomus ad litteram ط.

3. Tomus alter ejusdem operis ad litteram م.

4. Tomus ultimus hujus operis, quoad characterem, ac formam diversus incipiens a littera م explicit ad alphabeti finem.

5. مرقاة اللغة *Scala Verbi* (τȣ λογȣ, quod cum arabico اللغة eandem radicem accusat). Lexicon Arabico-turcicum congestum ex *Dschevheri* et *Camus*, ex quorum primo 14000, ex secundo 6000 voces desumpsit autor; ejus nomen nec codex, nec ipse *Hadschi Chalfa* prodit. Voces Arabicae singulatim scriptae cum versione interlineari Turcica; in Folio.

6. لغة نعمة الله λογος τȣ *Nimetollah.* Lexicon Persico-turcicum autore *Nimetollah* f. *Ahmedis f. Mobarek Rumelensi.* Collegit opus suum ex dictionariis septem: videlicet: وسيلة المقاصد *Wesiletol makassid* اقنوم عجم *aknumi adschem* قاسمية *Kassemye* لطف الله *Lutfallah* حليمي *Hulimi* قره حصاري *Karahissari* صحاح عجم *Sahahi adschem.* in 4^to.

7. لغات حليمي *Verba Halimi.* Dictionarium Persico-turcicum, ex quo hausit *Nimetollah* praefatus. Nomen autoris est *Lutfallah* filius *Ebi Jusuf Alhalimi*, qui primo opus Persicum philologicum composuit sub titulo بحر الغرائب *mare raritatum*, dein ad illud explicandum hoc dictionarium conscripsit, duasque in partes divisit, quarum prima voces communes, pars altera, quae potius appendix dicenda, voces ac phrases, quae rarius usu veniunt, exponit 4^to maj.

8. Idem opus melius exaratum 4^to majori.

9. Idem opus, sed deest pars secunda.

10. Idem opus sine parte secunda.

11. Idem opus.

12. صحاح عجم *Verificator Persicus.* Lexicon perbreve Persico-arabicum, autore *Hindschah Nahdschivanensi*, qui secutus ordi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000008

nem ac dispositionem *Verificatoris Arabici* τȣ *Dschevheri* operi suo nomen *verificatoris Persici* imposuit. Cuilibet vocabulo Persico adscripta est significatio Arabica ac plerumque subjecta significatio Turcica.

13. لغت رستم مولوي Dictionarium *Rostem Mevlevi*, sub alio titulo قواعد فرس *Regulae Persismi*; ad usum monachorum *Mevlevi* dictorum; Incipit cum tractatu Arabico in 4 capita diviso 1) de nomine 2) de verbo 3) de particula 4) continet dictionariolum Persico-turcicum. Compendium utilissimum linguae Persicae studiosis, qui methodum grammaticae Arabicae ab autore diligenter prosecutae, jam cognoscunt.

14. Codex mancus cujus ultimo folio falso inscriptum est: *hic est finis Nimetollah*; nam tenor operis hujus, illi non respondet codicis sub numero 6 relati, et fortasse est quaedam ejusdem epitome. Initium deest usque ad litteram ر.

15. Explicatio Arabica τȣ *Schahidi*; Glossarium celeberrimum Persico-turcicum, autore *Schahidi*, quod formulis metricis conscriptum pueros in scholis Turcicis discere satis cognitum est. Codex praesens est explicatio Arabica hujus libri elementaris, autore *Abdilkadir Efendi* bagdadensi; Codex eleganter exaratus. 4to.

Est hoc Glossarium aestimatissimum omnium, quae pro usu puerorum veniunt, et quorum notissimorum nomina hic subjicere libet, nimirum: صحبة صبيان *Colloquium puerorum*, جناح صبيان *Alae puerorum* نصاب صبيان *Radix puerorum* سبحهٔ صبيان *Rosarium puerorum* تحفهٔ وهبي *Donum* τȣ *Wehbi* et *Firischteogli.*

16. Fragmentum Dictionarioli Persico-turcici, cujus voces juxta methodum *Schahidi* metrice ordinatae sunt, autore *Mohammed f. Jusuf f. Saleh Kastamunensis.* 986 def. *Adrianopoli*; deest initium; in 12.

17. *Glossarium* vocum Persicarum turcice explicatarum sine ratione litterarum aut materiae; deficit initium et finis.

18. *Glossarion Hispanico Arabicum* litteris latinis exaratum; Fol.

19. Miscellanea grammatica et lexicographica a pluribus, sed passim a *Tenknagelio* conscripta, intermixtis vocabulis Turcicis, Arabicis, Hispanicis, Persicis.

20. Glossarium Arabico-graecum in charta Europea ab Europeo quodam Philelleno et Philarabo exaratum.

21. Dictionariolum Turcico-arabicum, sine nomine autoris, adjecta versione latina manu *Tenknagelii.*

## III.
## Grammatici et Rhetorici.

22. Perperam inscriptus est hic codex theologicus mahomedanus; est enim commentarius in opus celeberrimum philologicum تلخيص المفتاح في المعاني والبيان *Epitome clavis Rhetorices*; autore *Scheich Dschelaleddin Mohammed f. Abdur rahmani. Clavis scientiae* autore *Seradscheddin Jacobi f. Jusuf. f. Ebi Mohammed f. Ali Essokaki* encyclopedia est celeberrima scientiarum philologicarum, ex qua maximam operis sui encyclopedici partem depromsit *Hadschi Chalfa*. Tripartitum hoc opus, agit. 1) De Etymologia. 2) De Syntaxi. 3) De Rhetorica. Tertiam igitur hanc partem in epitome item tripartitam redegit autor noster, omnem Rhetoricam tribus capitibus absolvens. 1) علم المعاني Doctrina de inventione, ac dispositione. 2) علم البيان De elocutione. 3) علم البديع De figuris orationis.

*Hadschi Chalfa* quindecim operis hujus commentatores offert, initiumque operum aliquorum notat, quae tenori nostro non respondent. Autor hujus commentarii fuisse videtur *Saadeddin Mesud f. Omari Ettaftazani* def. a. 792, qui duplicem commentarium composuit, alterum majorem, minorem alterum. *Hadschi Chalfa* plus quam triginta glossatores prioris enumerat, ac quidem codex noster ab initio ad calcem usque glossis marginalibus abundat, quarum autor in pagina prima *Dschorsdschaini* nominatur. Est autem *Dschorsdschaini* nomen unius de numero glossatorum praefatorum, ita ut proinde nullum dubium, *Ettaftafzani* esse hujus ingentis commentarii autorem, nobis supersit.

23. اوفي الوافيه في شرح الكافيه *Sufficientissimus sufficientium in commentatione tractatus grammatici Kafie dicti, autore Hadschi Baba f. Scheichi Ibrahimi f. Abdolkerimi f. Osman Tussensis.* Est autem *Kafye* opus syntacticum celeberrimum Grammatici *Ibn Al Hadschib Almaleki*; hujus commentatorum innumera legio est, quorum plures in Bibliotheca Cassiriensi sub titulo Grammaticae recensentur.

24. مصباح في النحو *Lucerna Syntaxeos.* Opus parvum, sed utile, autore *Imam Naser f. Abdollah Almotarazi* def. a. 160; in quinque partes divisum. 1) De terminologia syntaxeos. 2) De particulis verbalibus analogicis العوامل اللفظية القياسيه. 3) De particulis verbalibus quae audiuntur العوامل اللفظية السماعيه 4) De particulis significativis. العوامل المعنويه 5) De sectionibus arabismi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000010

25. كافيه‌نك شرحي *Commentarius Turcicus* operis syntactici *Kafie* sine nomine autoris, 4[to]

26. مراح الارواح في التصريف *Repositorium animorum in conjugatione*, autore *Ahmed f. Ali f. Mesud.* Est doctrina completa conjugationum seu τȣ صرف, quae opponitur syntaxi, seu τω نحو; est liber elementaris; quem discentes in Turcia perpetuo manibus evolvunt: sex partibus constat quae sunt: مراح * عزي * مقصود * بنا * الامثله المطرده * الامثله المختلفه

27. Idem opus.

28. Idem opus.

29. Idem opus.

30. Idem opus.

31. Idem opus.

32. Idem opus.

Hi Tractatus cum saepe singillatim inveniantur, ac plerumque titulo careant, initium cujuscunque hic subjicere libet. 1) مراح *Mirah* est introductio totius operis, incipit his verbis: اعلم انّ الصرف ام العلوم و النحو ابوها *Scito doctrinam de conjugatione matrem esse scientiarum ac syntaxim patrem earundem.* 2) عزّي *Izzi* incipit: اعلم انّ الصرف في اللغة التغيير *Scito conjugationem esse mutationem in lingua.* 3) مقصود *Maksud* Tractatus de verbis compositis incipit اعلم انّ العربية وسيلة في العلوم الشّرعية *Scito linguam arabicam esse viam ad scientias legis* 4) بنا *Bina* Triginta sex capita de formis verborum trilitterorum et quadrilitterorum incipit: اعلم انّ ابواب التصريف خمسه و ثلثون بابا *Scito capita conjugationis esse* 35. 5) et 6) امثلة *Emsilet* parvum ac magnum; sunt tabulae formarum verborum, derivativorumque verbi, una cum conjugatione verbi. His si adjiciatur tractatus de particulis العوامل *Avamil* et اجروميه *Egrumie* dictus, ac denique syntaxis in opere كافيه *Kafie* exposita, novem his partibus totus cursus grammaticus, qualis in scholis Turcicis traditur, absolutus erit.

32. شرح مراح الارواح في التصريف Commentarius operis *Mirah*, autore *Mola Hassanpascha f. Alaeddini Esved*, nec nimis succinctus nec nimis extensus, sed medium tenens inter utrumque, ut asserit *Hadschi Chalfa.*

34. Continet hic codex: 1) تحفة العشاق *Donum amantium* Colloquia Persica ad addiscendam linguam hanc, conscripta per *Ebilhassan* Turcam def. a. 622. 2) مناسك الحجّ *de Officiis peregrinationis sacrae.* Tractatus Turcicus. 3) Glossarium in rosarium *Saadi.* 4) Glossarium in modum *Schahidi* compositum a viro quodam pro nepote suo *Abdur-rahman.*

35. Abecedarium Turcicum.

36. Duo *Emsile*, parvum, ac magnum, seu tabulae formarum, ac conjugationum verbi Arabici.

37. Eaedem tabulae elegantissime exaratae, quibus adjectum est dictionariolum Persico-turcicum eadem manu conscriptum, ita ut textui rubro Persico Turcica versio interlinearis atramento nigro subscripta sit.

38. شرح مراح الارواح في التصريف Commentarius operis grammatici *Mirah* autore *Mola Hassanpascha* f. *Alaeddin Esved.*

39. Continentur in hoc codice: 1) كتاب النحو *Liber syntaxeos* autore *Scheich Imam Mohammed f. David Ezzohadschi,* celebrati sub nomine *Ben Dscherumi.* Hoc est opus communiter *Edschrumye* dictum, qnod supra in cursu grammatico memoravimus 2) شرح انموذج في النحو Commentarius compendii celebris syntaxeos τȣ *Zamahschari*, opus notis illustratum ab autore nostro *Dschemaleddin Mohammed f. Abdolgani Erdebilensis.* Hoc انموذج, seu *compendium* τȣ *Zamahschari* non minus celebre est, quam كافيه τȣ *Hadscheb.* 3) ماية كاملة في شرح ماية عاملة *Commentarius centum regentium, seu particularum,* τȣ *Abdolkahir f. Abdor-rahmani Dschordschaini*, cujus celeberimum jam supra memoratum tractatum commentatus est *Hadschi Baba f. Ibrahimi f. Osman Tussensis.* 4) Idem tractatus qui in fronte hujus codicis. Pater autoris ibi داود بن الظهاجي hic داود الهمغاجي nuncupatur. 5) شرح ارشاد Commentarius Arabicus in opus grammaticum ارشاد الهادي في النحو *Directio in viam rectam syntaxeos*, quod composuit *Saaddedin f. Mesud Teftazani* a. 778 in *Chorassan* pro filio suo. Nomen commentatoris, quamquam complures ex illo *Hadschi Chalfa* enun ciet, ex hoc codice non patet.

40. Codex diversos tractatus grammaticos continens: 1) *Kafie* celeberrimi *Ibni Hadscheb* sic incipit: الكلمة لفظ وضع لمعني مفرد 2) Commentarius in opus مصباح quod v. s. n. 24. 3) Tractatus praefatus مصباح qui incipit his verbis: حمداً لله ذي الانعام جاعل النحو في الكلام كالملح في الطعام *Laus Deo distributori gratiarum, qui posuit syntaxim in lingua ut salem in cibis.* 4) Tractatus centum regentium *Avamil* autore *Abdolkader f. Abdor rahmani Dschordschaini.*

41. Continet codex: 1) Tractatum de particulis مصباح N. 24. 2) *Kafye.* 3) Tractatnm centum regentium عوامل

42. دقايق حقايق *Argutiae veritatum.* Autore *Ahmed f. Suleimani* nati sub nomine *Kemalpaschasade* def. a. 940; opus primo compositum lingua Persica, dein translatum in idioma Turcicum pro Veziro *Ibrahimpascha*, magni habitum et utilissimum, studiosis linguae Persicae, cujus elegantiae, voces poeticae, tropi, ibi explicantur.

43. Idem opus, charactere perspicuo.

44. المفصل في النحو *Minute syntaxim referens.* Opus celeberrimum syntacti-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000012

cum autore *Abul-kassem Mohammed Zamaschari* d. a. 538. in quatuor partes divisum. 1) De nominibus. 2) De verbis. 3) De particulis. 4) De vocibus mixtis. Liber maximi pretii et autoritatis, de quo hi versus dici consuevere: ان ما اردت النحو منك محصلاً * واليك من الكتب الحسان مفصلاً *Praestet tibi hic liber syntaxim totam ac delectum bonorum librorum.*

45. الضو *Lumen.* Commentarius grammaticus *Tadscheddin Mohammed f. Mohammed Ispahanensis* in opus مصباح; est autem hoc ضو epitome commentarii majoris ejusdem autoris in idem opus. Nomen hujus majoris commentarii est: المفتاح المصباح *Clavis in Lucernam*; exstat hic commentarius quoque turcice translatus.

46. ترتيب الدقايق في ترغيب الحقايق *Ordinatio argutiarum, et adornatio veritatum* Autore *Mohammede*, qni posterior *Hadschi Chalfae* fuisse videtur. Hic enim memorat poëtam Ahmed Uskubensem, qui opus supra recensitum (42) in ordinem alphabeticum redegit, sed silentio praeterit autorem nostrum, qui secutus exemplum hujus *Ahmed* eandem operam, sed alia methodo arabice reddere aggressus est. Pauca haec folia, inter quae autorem se tenuisse videtur, lucubrationes solummodo aliquot po eticas exhibent in Philologos Persicos ut *Sururi*, *Nimetollah* et ipsum *Kemal.*

## IV.

## Epistolographi.

47. Collectanea variarum epistolarum, intermixtis canticis quae sequuntur. 1) Epistolae *Abdollah f. Mansuri Schirazensis*, persice. 2) Epistolae Poetae celebris *Dschami* persice. 3) Cantici, orationes, exempla scripturae etc.

48. انشا Collectio formularum epistolarum Turcicarum charactere *Neschi.*

49. انشا Formulae epistolarum Turcicarum charactere *Divani.*

50. Collectio Libellorum supplicum, epistolarum, instrumentorum, juridicorum etc.

51. انشا Collectio epistolarum Turcicarum 4to.

52. انشا Collectio epistolarum Turcicarum, folio oblongo, scriptura ۲۸ *Azmizade Efendi*; continet epistolas illustrium scriptorum, uti: *Weisi*, *Abdolkerim*, *Insi*, *Nevali*, *Saadeddin*, *Abdolgani*, *Ganalisade*, *Sidki* et aliorum; titulos, signaturas, litteras regales inter Schahos Persicos, et Sultanos Turcicos, dein historiam conversionis Atheniensis cujusdam ad *Islamismum*; constat 167 foliis.

53. انشا Formulae epistolarum Turcicarum, folio min. *Divam.*

54. مشكلات انشا *Difficultates artis epistolographicae.* Est Glossariolum no-

vem foliorum, voces explicans elegantiores, quae maxime usu veniunt in conscribendis epistolis Turcicis.

55. انشاي جـامـي Collectio epistolarum Persicarum celeberrimi Poëtae *Dschami*.

56. منشات عزمي Collectio epistolarum, cujus codicem autographum recensuimus sub No. 52. folia novem solummodo, quibus 13 epistolae ad varios Vezirios etc. continentur.

57. انشاي تاج زاده محمد افندي Collectio epis to larum *Tadschzade Mohammed Efendi*, desunt folia aliqua. Sequitur epistola erotica, et disticha aliquot canticorum vulgo *turki* dictorum.

58. Collectio epistolarum Turcicarnm in folio oblongo. Continet epistolas scripto ris *Nerkesisade* oblatas *Muftio Jahja* per *Scheichum Mohammed f. Mohammedis. Nerkesisade* contem poraneus fuit τῳ *Weisi* et *Abdolkerim*, quorum epistolas continet codex No. 52. Sequuntur epistolae transcriptae a collectione *Jahja Efendi* et *Sinanzade Mohammedio*, quae sunt praecipue τȣ *Ganalizade*, *Abusuud*, *Neviizade*, *Aaschiktschelebi*, *Oktschizade*, *Sebzi* Brussensis, *Lamii*, litterae Sultani *Suleimani* ad Schahum *Ismail* etc.

59. انشا *Collectio* epistolarum Turcicarum, charactere *Divani* 4to.

60. Tractatus de arte epistolographica Turcicus, ignoto autore.

61. Collectio mandatorum *Sultanicorum* diversa negotia spectantium 8vo.

62. Collectio epistolarum Turcicarum de variis negotiis manu interpretis cujusdam conscriptarum.

63. Collectio, libellorum supplicum *Sipahiorum* de augendis stipendiis.

64. Originalia scripta virorum in publico munere constitutorum collecta.

65. Alia collectio ejusdem generis.

66. Synopsis tercentarum litterarum de negotiis tractantium transcripta manu interpretis Caesareo Regii *Schmid* fol.

67. Versio latina codicis praecedentis per eundem interpretem.

68. Scripta virorum in publico munere constitutorum simul collecta.

Quamvis haec collectio Epistolographorum Turcicorum usu discentium magni habenda sit, longe copiosior tamen exstat in Cesarea Regia Academia linguarum OO; possidet enim praeter dimidiam centuriam collectionum انشا *Inscha* dictarum aliquot millia epistolarum, mandatorum, diplomatum, syngrapharum, literarumque omnis generis publicarum ac privatarum charactere *Divani*, *Sulus*, *Kirma* et *Neschi* exaratarum. Autores celeberrimi collectionum *Inscha* nuncupatarum quorum opera supra recensita, aut in collectione C. R. Ac. LL. OO. habentur hi sunt: نركسي عبدالكريم تاجزاده اسحق خواجه نابي رامي راغب شاكر شيخي ويسي

## V.

## Philosophi, Physici Mathematici, Medici.

69. كتاب في الايساغوجي Εἰςαγωγη *Aristotelis* in arabicum translata 8vo.
70. Continet hic codex tractatus varios logicos videlicet: 1) رسالة في المنطق Tractatum de Logica autore *Ethireddin Alabheri.* 2) Commentarium hujus tractatus *ethirensis* de Logica. 4) Tractatum de Logica autore *Sururi f. Schaaban.* 5) Commentarium isagogis autore *Hassan f. Ibrahimi.*
71. شرح رسالهٔ اثير Commentarius tractatus *Ethireddini*, de quo supra.
72. طوالع الانوار من مطالع الافكار *Ortus luminum ex oriente idearum.* Compendium metaphysicum autore *Abdollah f. OmerBeidhavi*, tractatus a compluribus commentariis explicatus, quos vide sub hoc titulo apud *Hadschi Chalfam.*
73. كتاب العز و النافع للمجاهدين في سبيل الله بالمدافع *Liber honoris et utilitatis pro fidelibus militantibus in via Dei cum tormentis bellicis.* Autore *Ibrahim almovadschem f. Ahmed Ghanim f. Mahmud f. Zachariae, Andalusensis*, ex urbe Granata. Autor ibi commoratus usque ad expulsionem totalem Maurorum ex hac provincia, dein habitu mutato non uno itinere maritimo, in navibus *Gallions d'argent* dictis, peracto, denique *Tunetum* migravit, ubi arti ballisticae praecipue operam dedit, cujus rudimenta quinquaginta capitibus exponit. Liber in folio charactere mauritanico exaratus, ac figuris necessariis instructus, magis ob curiositatem quam ob novitatem notandus.
74. حيوة الحيوان *Vita animalium* autore *Kemaleddin Mohammed f. Issa Eddomairi* def. a. 808. Dictionarium zoologicum celeberrimum ex quo *Bochardus* in *Hierozoico* plura desumpsit.

Autor ordinem alphabeticum secutus omnia quae ad descriptionem naturae moresque animalium pertinent ex 560 libris ac 199 collectionibus poematum collegit. Plures epitomaton scriptores illud in compendium redegere; *Mohammed Schah* cazvinensis in persicum transtulit, obtulitque *Sultano Bajazedo* I. folio maximo.

75. Sunt in hoc codice:

I. درر الانوار في اسرار الاحجار *Margaritae luminum iu secretis lapidum.* Compendium alchymicum a quodam scriptore recentiore, uti dicit *Hadschi Chalfa*; consistit in praefatione et novem capitibus. 1) De essentia lapidis Philosophorum. 2) De particulis ejus. 3) De operatione secreta. 4) De ratione hujus operationis. 5) De ponderibus. 6. Abolita a Philosophis antiquis 7) De intimis secretis

Philosophorum. 8) De verificatione operationis primae. 9) De vivificatione operationis secundae.

II. ديوان حكت *Divan sapientiae.* Poëma alchymicum autore *Ali Nicaea* oriundo, turcice.

III. Tractatus alchymicus persicus.

IV. Tractatus dealchymia autore *Ebubekr. f. Waschye*, turcice.

V. *Kasside*, seu Poëma Sultano *Bajazedo* II. dicatum a compluribus alchymistis.

VI. Tractatus alchymicus turcicus.

76. لمعات نورانيه *Fulgurationes luminosae* autore *Buni* opus cabalisticum Arab. una cum طالع مولود *oriens nativitatis*, tractatus Turc. astrolog. aut. *Chaireddin.*

77. كتاب رمل *Liber de arte mantica Reml* dicta, una cum delineatione figurarum. turcice 4to.

78. رسالهء علم حساب *Tractatus de Arithmetica* autore *Mustafa f. Ebri.*

79. In hoc codice continentur tractatus varii, videlicet:

I. رسالهء رمل لشمس الدين Tractatus de geomantia (*Reml*) versificatus autore *Schemseddin.*

II. Calendarium admonitionesque variae superstitiosae.

III. Methodus divinandi, quis victor aut victus erit.

VI. Commentarius nominum Dei.

V. Tabulae artis divinandi e contorsionibus membrorum.

VI. Tractatus de stationibus lunae.

VII. Surae aliquot Corani.

80. قيافتنامه *Liber de Physiognomia*, Turcicus, autore *Hamdollah f. Akschemseddin* def. a. 909. et *Omer Chalveti*; ambo scripserunt librum hujus tituli, quis duorum sit autor praesentis codicis, ex eodem non patet.

81. Liber astrologicus et geomanticus turcicus. 4to.

82. Liber tertius *Avicennae* de morbis capitis et cerebri usque ad anatomiam oculi; codex perantiquus charta fusca obsoleta. *)

83. كتاب الابنيه عن حقايق الادويه *Liber fundamentorum veritatum medicamentorum*, autore medico *Abumansur Movafik f. Ali* heratensis pro principe *Mansurí*; codex persicus antiquissimus ac pretiosissimus non solummodo antiquitate sed etiam forma scripturae et nomine scriptoris a quo exaratus fuit. Scriptus enim fuit, uti ultimae lineae pro-

*) Extabant prius in Bibliotheca Caesarea Regia sub medicis: liber Canonum *Avicennae* et simplicium *Ibni Beitari*, quos, cum eos bibliotheca Imperialis Lutetiensis (V. Catalogum Codicum Manuscriptorum Bibliothecae regiae Tomus I. pag. 206. et 207. sub numeris CMLXXXIX. CMXCI. CMXCII. CMXCIII. CMXCIV. CMXCV.) multiplice possideat, ideoque jure restituendi essent, clarissimus Langlés tamen reddere abnuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000016

dunt, ab *Ali* filio *Ahmed Esedi Tussensis* Poetae celeberrimi persici anno 447. H. i. e. 1055 Christi, ita ut ad octavum jam seculum aetas ejusdem provecta sit. Scriptura quae primo aspectu *mauritanica* esse videtur, reapse *cuſica* cursiva est, jam ad *Neschi* appropinquans; et plus adhuc ab eo divergens quam mauritanica, etiamsi notis diacriticis distincta sit, uti codices asiatici et non ut mauritanici. Colligitur igitur ex hoc codice, quod nos hucusque fugiebat, quinto seculo Hegirae scripturam *cuſicam* etiam in Persia in exarandis codicibus abhibitam fuisse; et tardius penitus cessisse characteribus recentioribus *Neschi* et *Taalik* dictis; dum in occidente per *Ommiadas* permanserit, ac hodierno adhuc die in Mauritania ejus reliquiae supersint. Monumentum artis graphicae orientalis pretiosissimum magnaque reverentia eo magis dignum, quod a filio celeberrimi Poetae coaevi et aemuli *Ferdussi* exaratum fuerit. Charta bombycina, atramento nigro, interdum rubro, ac viridi in titulis capitum; codex optime conservatus pro tanta aetate, charactere perspicuo ac nitido, cujus specimen in *fodinis orientalibus* tabula aenea expressum oculis curiosorum subjicere fas erit. Agit ordine alphabetico, de materia medica quam autor ex antiquissimis Indorum ac Graecorum medicis scriptoribus collegisse affirmat.

84. عجائب مخلوقات تركي *Mirabilia creaturarum* turcice. Autore *Jasidschiogli Ahmed Bidschan* 12. Epitome celeberrimi operis *Zachariae Cazvinensis.*

85. كتاب كنز العلوم و الدرر المنظوم في حقايق علم الشريعه و الدقايق علم الطبيعة لابن تومرت *Thesaurus scientiarum et margaritae in ordine continuatae veritatum scientiae legis et minutiarum scientiae naturalis* autore *Mohammed f. Mohammed Ibn Tomart.* In quinque capita divisum. 1) De scientia legis. 2) De principiis scientiae naturalis. 3) De cognitione intellectus et animae. 4) De praestantia naturae humanae. 5) De scientiis ocultis in 4to.

86. Continetur in hoc codice. 1) Tractatus turcicus ابجد فال dictus de significationibus litterarum Corani in divinatione *Fal* nuncupata. 2) اسطرلاب ابو سيبنا *Astrolabium Avicennae.* Titulus non congruit cum praefatione, qua docemur, hunc Librum petitione *Harun-arraschidi* a doctis aulae suae conflatum fuisse divinationis causa. Continet 144 capita seu titulos pro his, qui sortes consulunt, et responsa ad singula capita, quae, quomodo quaestionibus adoptari debeant, praefatio docet. 3) Commentarius Turcicus primae Surae *Corani* adjectis monitis de usu precum etc. pro usu *Moslemorum* 4to.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000017

87. مدخل في فنّ الفروسية و الحيلة جربية *Introitus in artem equestrem et strata-gemata.* Triginta capita de scientiis, axiomatibus, monitis ac providentiis in bello gerendo et exercitu regendo, magis rhetorice quam militariter, nec codex nec *Hadschi Chalfa* autoris nomen prodit. Character conspicuus 4to.

88. كفاية الموقت لمعرفة الدائر و فصله و السمت *Suppellex observatoris temporum* (in moscheis) *in usu circuli, segmenti, et quadrantis ad mesurandum azimut* (i. e. arcum horizontis inter orientem et occidentem). Compendium pro observationibus astronomicis digestis a *Movakit* in moscheis ad tempus precum, jejunii etc. determinandum. Autor nomine *Mustapha* filii *Ali* hoc munere fungebatur in moschea Sultani Selimi.

89. تقديم البلدان *Tabulae regionum* autore coronato *Amad-eddin Ismail Ben Alefdhal Ali Ejubida* principe *Emessae* def. a. 732. Opus celeberrimum geographicum, quod omnibus non solummodo Philologis orientalibus, sed etiam Geographis, occidentalibus per scripta *Graevii, Reiskii, Köhleri, Büschingii* denique ultimo *Demetrii Alexandridis* abunde cognitum est. Codex hic 817 foliorum, folio maximo, charactere perspicuo et distincto exaratus lacunas nonnullas habet, quibus incuria librarii aut propositum exemplar deficiens causam dedit, quae tamen omnes suppletae sunt per appendicem 40 foliorum forma minori ac alia manu, sed tamen charactere perspicuo et distincto exaratum, ita ut exemplar completum ac omni ex parte absolutum sit. Charta hujus codicis et appendicis minime laevigata testatur hoc opus in Syria recentioribus temporibus conscriptum fuisse.

## VI.

## Canones Regnorum.

Opera hujus generis apud Persas et Turcas (de Arabibus nulla hucusque ad nos pervenerunt) sub nomine *Canunname*, seu *libri Canonum* innotuerunt, variasque leges ad institutiones politicas variorum principum exhibent; codices sequentes cimeliorum turcicorum bibliothecae Caesareae Vindobonensis partem praecipuam constituunt.

90. *Canunname τȣ Muezinzade f. Ali* qui regnante Sultano *Ahmede* I. fungebatur officio publici aerarii inspectoris, notitiasque suas omnes ex fontibus pragmaticis hausit. Opus tripartitum. *Liber primus.* De gradibus et feudis militaribus, septem sectionibus ac conclusione constat. 1) De *Beglerbeghis*, et canonibus ad eos spectantibus. 2) De *Sandschakbeghis* et canonibus ad eos spectanibus. 3) De officiis *Def-*

*terkaja* et *Timartefterdar* singulorum *Sandschagorum.* 4) De *Sipahis* ac Timariotis *Sandschagorum.* 5) Quid sit *Timar*, *Ziamet*, *Kilidsch*, *Hissa.* 6) De confusione, qua labefacta sunt haec feuda. 7) Conclusio de cura arcendi excidium feudorum.

*Liber secundus* hujus operis, tractat de exercitu osmanico, numero, ac stipendio ejus, item de officiis aulae ac imperii:

I. Exercitus terrestris. Sectio 1) De *Jenitscheris.* 2) De *Sipahis.* 3) De *Dschebedschi* (custodibus armamentarii) 4) De *Topschi.* (i. e. de iis, qui bellica tormenta instruunt.) 5) De *Toparabadschi* (i. e. de iis, qui tormenta transferunt.)

II. De classe, ac navali.

III. De aulae comitatu exteriori, qui Sultanum sequitur ad bellum, septem sectionibus.

IV. De aula interiori Sultani, quatuor sectionibus.

*Liber tertius.* Est codex poenarum Sultani Suleimani, quatuor sectionibus. Finivit autor opus suum anno 1029 Hegirae.

91. Canones fisci singularum provinciarum imperii Turcici in percipiendis reditibus, ac tributis de fundo et de fructu ejus, exaratus charactere admodum lectu difficili peculiariter in rationibus publici aerarii adhibito. fol. max.

92. مختلفهء روم ايلي در زمان حضرت رئس الكتاب مصطفي افندي *Catalogus* e cancellaria *Reis Mustapha Efendi* de collatis feudis aliisque expeditionibus pragmaticis currente anno Heg. 1087 (1669) Codex fol. max. oblongo, charactere, ut supra, exaratus, ac tempore bellorum turcicorum inter manubias *Vindobonam* advenisse creditus.

93. *Tabula rationum fisci* charactere شكسته seu قرمه i. e. fracto ac cyphris Divani conscripta: Textus brevitatis ac forsan etiam secreti causa passim persicus; Numeri potentiae litteris semiscriptis, quas primus in lucem edidit celerrimus S. de Sacy in tabula aenea grammaticae suae adjecta. *Vocabulum Turcicum* قرمه seu *fractura* cum scriptura *carmatica* non confundenda est, quae, etsi a pluribus Philologis orientalibus prout genus scripturae *cuficae* tradatur, tamen apud Orientales recentioris aevi nullo modo innotuit.

94. *Canunname* Sultani *Suleimani*, sive ejus decreta ad quaestiones *Mufti Ebusuud Efendi*, compluraque statuta de feudis.

95. Collectio *Canonum*, *Fermanorum*, *Instrumentorum* variorum etc.

96. نصيحتنامه Liber Canonum *Sultani Ibrahimi* sub nomine *Liber Consilii* notissimus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000019

# VII.

## Historici.

### Arabes.

97. المواعظ و الاعتبار بذكر الخطط و الاثار في تاريخ مصر *Admonitiones et considerationes circa agros septos ac monumenta Historiae Aegypti* autore *Scheich Takieddin Ahmed f. Ali Almakrisi* m. 845. Opus celeberrimum et maximae autoritatis de Historia Aegypti, quod per copiosa ex eodem excerpta, quae clarissimus *de Sacy* in Anthologia ac *Abdollatifi* versione vulgavit, magis inclaruit, quam per catalogos bibliothecae regiae Lutetiensis et Escurialensis illud memorantes: In septem partes divisum: 1) De terra Aegypti. 2) De urbibus ac incolis ejus. 3) De *Fostat* seu *Misr* antiqua. 4) De *Alkahira*. 5) De vicissitudinibus, quas experta est urbs *Kahira*. 6) De Regibus. 7) De caussis Aegyptum subvertentibus. Exemplar nostrum duobus tomis perspicue concriptis absolutum est, quorum primus sub numero praesenti, et sub numero:

98. Tomus alter ejusdem operis.

99. وفيات الاعيان في انباء ابناء الزمان *Mortes virorum illustrium ad docendos filios aevi.* Autore judice *Schemseddin Ebilabbas Ahmed f. Mohammed* celebri sub nomine *Ibn Chaligan* mort. anno 981. Opus celeberrimum, inter Historiae orientalis fontes praecipuum, de quo catalogos praeſatos Bibliothecae Regiae Lutetiensis et Escurialensis, *Herbelotium* ac denique tabulam tenoris ejusdem, quae ultimo in provinciis belgicis in lucem edita est, consulere licet. In persicum translatum pro *Sultano Selimo I.* a pluribus continuatum fuit. Exemplar nostrum tribus tomis constat, quorum sub hoc numero primus.

100. Ejusdem operis tomus secundus.

101. Ejusdem operis tomus tertius.

102. السكردان *Sacharium.* Autore *Ibn Ebi Chodscha Ahmed f. Jahja Telmesensis* mort: 776. qui illud composuit anno 757. pro Rege *Nasr.* Agit septem capitibus de rebus aegypticis. 1) De proprietatibus numeri septenarii. 2) De praedilectione Sultanorum pro hoc numero. 3) De relatione climatum ad hunc numerum. 4) De Sultano septimo. 5) De gestis ejus. 6) De eventibus mirabilibus. 7) De intepretatione aliquot locorum Corani; accedit appendix in 7 iterum partes subdivisa.

103. مروج الذهب في التواريخ العرب *Prata aurea in historia Arabum.* Titulus operis eximii historici autore *Mesudi.* Hujus utilitatem clarissimus *Deguignes* in collectione pretiosissima *Notices et extraits des manuscrits de la bibliotheque du Roi*, primus animadvertit. Sed hic pars est

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000020

solummodo hujus operis a nativitate Prophetae usque ad initium Imperii *Abbassidarum.*

104. تاريخ الخلفا Historia *Chalifarum*, autore *Dschelaleddin Abdorrahman f. Ebibekr Esseyuti.* def. a. 911. Opus omnibus praeferendum aliis de historia Chalifarum tractantibus, judice *Hadschi Chalfa.*

105. تاريخ الحكما *Historia Philosophorum* autore *Mohammed B. Abdolkerim Schehristani* def. a. 548. Elegantissimo charactere exarata, nomine autoris omnibus Philologis orientalibus satis commendata.

106. تاريخ سلاطين روم *Historia Imperatorum Graecorum*, fol. Incipit a *Constantino magno* et pergit post interitum Imperii Bysantini usque ad Sultanum *Murad* IV. a. 1624 aerae christianae. Conscripta per *Ferrach Daimus* Interpretem gallicum a. 1715 *Sidoniae.*

107. سيرة امير المومنين الحاكم بامر الله و ما فيها من العجايب والغرايب *Biographia principis fidelium Hakimbiemrillah, et de eventibus mirabilibus illius tempore biographice et historice.* i. e. descriptive et chronologice, autore *Ahmed f. Abdollah f. Chalegan.* An idem sit ac Plutarchus arabicus qui sub nomine *filii Chalegan* inclaruit, dubitare fas est, quia ille *Ahmed filius Mohammedis*, hic *Ahmed* filius *Abdollahi* nuncupatur. Huic dubio plus ponderis addit materia voluminis, quae revera magis nugatorie ac fabulose conscripta nobis videtur, quam biographice et historice. Adest solummodo tomus secundus in fol. 559. paginarum.

108. مرج الزهور في وقايع الدهور *Pratum floridum eventuum temporum*; autore *Seid Mohammed Ben Ajas Alhanefi*, duobus voluminibus, quorum primum in 46 capita divisum agit de divisione geographica terrae, de maribus, fluminibus, montibus etc. dein de Historia Prophetarum ab *Adamo* usque ad *Mohammedem.* Volumen alterum tractat materias varias theologicas, intermixtas anecdotis et historiis, exaratus fuit hic codex charactere nil minus quam bello, anno 1112 (1700) 4$^{to}$.

109. Continet hic codex distincte exaratus, sed nonnullis in locis humiditate mendosus, complures tractatus historicos celeberrimi *Makrisi* sub titulis sequentibus:

I. كتاب البيان و الاعراب عما بارض مصر من الاعراب *Liber explicatorius et exegeticus de Arabibus in terra Aegypti degentibus:* Nomina variarum tribuum Arabicarum, quae Aegyptum incolunt, originemque earum recensens.

II. كتاب النزاع والتخاصم فيما بين بني امية وبني هاشم *Historia contentionis et inimicitiae inter familiam Ommiadarum et familiam Prophetae.*

III. كتاب جني الازهار من الروض المعطار *Flores exquisiti ex hortis fragrantibus*; quod est compendium operis geographici عجايب الاقطار

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000021

i. e. *hortus fragrans de mirabilibus regionum.* Autore *Ebi Obeidollah Mohammed f. Mohammed f. Abdallah f. Abdal-mumin Alhomairi.*

IV. كتاب في معرفة ما يجب لال البيت الشريف من الحقّ علي من عدايهم *Notitia ejus, quod decet familiam Prophetae, cujus jura contra inimicos eorundem asseruntur.* Codex hic eo pretiosior, quia tractatus hi nec *Hadschi Chalfae* cogniti erant.

110. عجايب سوسنه و كتاب الثاني للقابين *Historia Susanae ac liber secundus Machabaeorum*, scripsit Monachus quidam syriacus in charta Europea *Viennae* anno 1720 – Oblatus dein codex collegio S. I. 1733.

111. كتاب نزهة الناظرين في تاريخ من ولي مصر من الخلفا و السلاطين *Jucundum spectantibus Historiam Chalifarum ac Sultanorum, qui regnarunt in Aegypto.* Historia compendiosa Aegypti usque ad expugnationem per Osmanos autore *Merii f. Jusuf Hanbalensis* Hierosolymitani, qui illud composuit pro *Asmisade* tunc judice Aegypti.

## *Persae.*

112. روضة الصفا في سيرة الانبيا والملوك و الخلفا *Hortus puritatis in Historia Prophetarum, regum ac Chalifarum.* Autore *Mirchond* Historiographo celeberrimo, cujus specimen laboribus clarissimorum *Jenisch*, *de Sacy et Wilken* debemus. Constat introductione et septem partibus: Introductio de studio historico Pars. 1) Historia creationis mundi et Prophetarum. 2) De Domino Prophetarum *(Mohammede)* ac quatuor *primis Chalifis.* 3) De *Ommiadis* ac *Abbassidis.* 4) De regibus contemporaneis familiae *Abbassidarum.* 5) De *Dschengischano* ac filiis ejus. 6. De *Timur* ac filiis ejus. 7) Historia Sultani *Baitu.* Conclusio de variis mirabilibus mundi. Opus nostrum duobus tomis folio maximo constat, quorum primus introductionem ac tres priores partes, secundus partes posteriores ac conclusionem continet. Tomus primus sub hoc numero, alter sub numero sequenti

113. *adhuc a Lutetiis expectatur.* Nam cum bibliotheca Imperialis Lutetiensis, ut patet e catalogo manuscriptorum pag. 265 sub numeris LV. LVI. LVII. LVIII. LIX. LX. totum hoc opus possideat, excepta quarta solummodo parte (LVII.) juxta statutam normam de remittendis duplicatis quarta haec solummodo pars retinenda, sequentes autem videlicet: quinta, sexta, septima ac conclusio Bibliothecae Caesareo Regiae reddendae erant, quod clarissimus vir *Langles*, custos codicum manuscriptorum, quem penes erat cura examinandi codices ac remittendi dupplices, ultro ipse, prout aequum illi vide-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000022

batur, hunc codicem se nobis remissurum scheda autographa pollicitus est.

114. تاج المآثر في التاريخ *Corona monumentorum historicorum*, autore *Sadreddin Mohammed f. Hassan Nizami.* Tertius est hic hujus nominis autor, nullo modo cum *Nizami e Kendsch* oriundo, aut antiquiori *Aaruzi* dicto, confundendus. Ab illo compositum est hoc encomium Sultani *Schehabeddin Abulmozafer f. Sami f. Hossein* quinti principis *Dynastiae Guridarum*, et principis *Abdolharess Ibek* unius Mamlucorum ejus, cujns facta stylo poetico, magis versibus quam oratione soluta describuntur.

115. لبّ التواريخ *Medulla historiarum.* Compendium historiae autore *Emin Jahja f. Abdollah f. Kazvinensis* tempore *Schah Ismaelis f. Haideri* exaratum. V. transl. in *Büschings* Magazin. XVII.

116. قصص الانبيا *Historia Prophetarum* autore *Mohammed f. Hassan.*

117. تاريخ طبرستان و مازندران *Historia duarum provinciarum Mazenderan et Tabaristan*, e duabus aliis historiis congesta, et quidem ex historiis *Mevlana Evlia et Mevlana Rujani.* Adjecit autor solummodo regnum *Kajumersi et Seid Kavameddin*, obtulitque opus suum principi *Kargia Mirza* Ali filio τȣ *Kargia Sultan Mohammed* principi Dilomitarum. Auctor noster ille est, quem *Hadschi Chalfa* post *Rujani*, autorem Historiae *Taberistanensis* nominat *Zahireddin f. Seid Nasireddin Almeraschi*; pergit usque ad annum 881 Hegirae.

118. سبحة الاخبار وتحفة الاخبار *Rosarium optimatum ac munusculum notitiarum*, autore *Dervisch Mohammed.* Est tabula genealogica universalis ab *Adamo* et prophetis incipiens, post quos dynastias quatuor *Persarum* et dein 12 alias enumerat videlicet: *Ommie*, *Abbas*, *Saman*, *Sofar*, *Dilemi*, *Alsoboktegin*, *Chovaresm*, *Seldschuk*, *Salgar Molahid*, *Dschengisi*, *et Osmani* usque ad Sultanum *Selim I.* Codex in se convolutus; aliud exemplar deductum usque ad Sultanum *Suleiman II.* aliud tantum inchoatum.

## *Turcae.*

119. تاج التواريخ *Corona historiae* autore *Mevlana Saadeddin f. Hassan* celebri sub nomine *Chodscha Efendi* m. 1008. Annales Imperii Osmanici ab initio ejusdem usque ad tempus *Suleimani*, fol. Pars ejusdem innotuit translationibus interpretum *Spiegel*, *Leunclavii*, *Bratutti*, *Podesta et Kollarii V. Schlötzers Kritische Nebenstunden.*

120. Ejusdem operis, forma in $4^{to}$ Tomus I. foliis deauratis, corio turcico flavo compa ctus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000023

121. Ejusdem operis Tomus II.
122. Ejusdem operis Tomus III.
123. Ejusdem operis Tomus IV.
124. تواریخ آل عثمان *Historia Osmanica*; Compendium ignoto autore usque ad *Sultan Bajased II.* 896 in 12.
125. فصول حلّ و عقد و اصول خرج ونقد *Sectiones de solutione et partitione fundamenta impensarum et redituum.* Autore *Ali Efendi* celeberrimo Historiographo turcico, qui ipse hoc compendium redegit ex opere suo universali كنه الاخبار *Cumulus notitiarum* dicto
126. روزنامه seu *Calendarium perpetuum* autore *Scheich Wefa* fol.
127. تاریخ بچوی *Annales Osmanici* ab anno 967 usque ad regnum *Murad IV.* autore *Betschevi* sic cognominato, non quod a *Vienna*, quod etiam بچ dicitur, sed ex *quinque ecclesiis* oriundus erat,
128. فذلکه *Annales Osmanici* autore *Hadschi Chalfa* ab anno 1000 usque ad 1065, quos deinde variis aliis excerptis auxit *Naima*, cujus historiae plurimum ab illo traxit.
129. داستان سلطان سلیم *Historia Sultani Selimi I.* ab anno 918 — 926 passim versibus intermixta incipit: قصه پرداز اول
130. نخبة التواریخ *Selectus Historiarum* autore *Mohammed f. Mohammed* Adrianopolitano, 87 dynastiarum historiam continet, oblat: *S. Osman II.* anno 1020.
131. Pars secunda praefati operis a *Sultano Suleimano I. ad Ahmed I.*
132. تاریخ طبری *Historia τȣ Thabari.* Tranlatio operis celeberrimi patris historiac orientalis. fol.
133. *Historia turcica* annonyma biographiam martyris *Mahmud paschae* continet.
134. تقویم التواریخ *Tabula chronologica Hadschi Chalfae* abunde celebris.
135. تنقیح تواریخ الملوک *Abstersio historiarum regum* autore *Hossein Hezarfenn.* Compendium aestimatissimum turcicum, novem capitibus, historiam celeberrimarum dynastiarum perstringens ab initio mundi usque ad finem regni *Sultani Mohammed IV.* 1099 H. 1687 Ch.
136. حدیقة السعدا *Hortus beatorum* autore *Fuzuli*, qui excerpsit e libro روضة الشهدا i. e. *hortus martyrum*, historiam proelii *Kerbela.*
137. تاریخ محمد نشانجی *Historia Mohammed Nischandschi.* Compendium historiae osmanicae, jussu Sultani *Suleimani* conscriptum. Nominatur haec *parva* in oppositione cum *magna τȣ Dschelalzade.*
138. Idem opus, charactere inter *Neschi et Divani* exaratum folia 117 8vo.
139. تواریخ ال عثمان *Historia familiae Osmanicae* a condito imperio 816 ignoto autore, stylo incompto rudique.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000024

140. تذكرة الاوليا *Vitae Sanctorum* autore *Sinaneddin Jussuf* def. a. 891. continet vitas 70 Sanctorum Islamiticorum.

141. سلسله نامه *Liber Catenarum* i. e. Tabulae genealogicae ab mundi initio usque ad tempus *Suleimani II.* adjectis picturis elegantibus praecipuorum Prophetarum Regumque, pictore *Hussein* anno 1104 H.

142. Translatio harum tabularum per *Leopold de Talman*, Interpretem Caesareo Regium L. L. OO. 1725, dein *Residentem Internuntium et Oratorem* apud Portam Ottomanicam.

143. سبحة الاخبار *Rosarium notitiarum* non confundendum cum سبحه الاخبار (V. No. 118) etiamsi fere ejusdem argumenti. Sunt nempe Genealogiae *Prophetarum Mohammedis*, dynastiarum *Ommie*, *Abbasi*, *Samani*, *fam. Buje. fam. Saboktegin*, *Chovaresm*, *Molahid*, *Seldschukidarum*, *Osmanidarum* picturis elegantissimis distinctum.

144. سبحة الابرار *Rosarium justorum.* Tabula genealogica in modum operum سبحة الاخبار et سبحة الاخبار et سلسله نامه composita, imperante *Sultan Selim II.* Continet prophetas, antiquos Persiae Reges, stirpem *Mohammedis*, dein dynastias *B. Ommie*, *Abbas*, *Saman*, *fam. Buje*, *fam. Soboktegin*, *Chovaresm*, *Molahid*, seu *Assassinorum*, *Dschengischani*, *et Osmanorum* usque ad *Selim II.* sine picturis.

145. تذكرهء لطيفي *Ephemerides Poetarum Turcicorum* autore *Latifi*, fragmentum tantummodo, quod incipit cum *Kemalpaschazade* et finit cum *Corcud.*

## VIII.

## Rhetores, Ethici et Politici.

### *Arabes.*

146. مقامات الشيخ حريري *Consessus Scheichi Hariri.* Opus excellentissimum, et laude extollendum ob elegantiam ac ornamenta elocutionis, atque post Coranum omnibus aliis operibus, soluta oratione conscriptis arabicis praeferendum; adeo celebre est, ut nihil laudis nobis indulgeat. Quid de hoc codice unico R. *Arida* sentiat *V. Fundgruben Tom. I.* *)

147. Idem opus exaratum per *Michaelem filium Antonii Es-saref Tripolitanum* 1153.

148. *Commentarius in idem* opus; suppresso nomine autoris, inter tot commentatores quisnam eorum sit, nobis non liquet, sed fortasse

*) CC. Arida Prof. L. L. O. O. in aula Universitatis Vindobonensis pag. 452. Tom. I. *Fodinarum Orientalium* plura disseruit de pretio hujus codicis ex ipso autographo desumpti anno 640 (i. e. uno saeculo peracto post annum 516 quo Autor decessit) et coram celeberrimis *Scheichis* damascenis collati ac emendati.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000025

comparatione cum aliis exemplaribus, nomen autoris prae se ferentibus eruere licebit. Incipit الحمد لله آلذي تلالات شواهد قدرته علي وجنات ما الموجودات و نشهد بان لاشريك له

149. قطب السرور في وصف الخمور *Polus laetitiae in descriptione generum vini*; autore *Isaac Ibrahim filio Alkassem*, qui illud composuit anno 340 H. Est anthologia completissima ex autoribus, qui metrice aut prosa oratione scripsere in laudem et vituperationem vini. 692 pag. 4 maj. *Tomus I.*

150. Ejusdem operis *Tomus secundus.*

151. مجالس رومي *Conventus rumenses*, autore *Ahmed Rumi ex Akhissar*, qui hoc volumine collegit varia ad elucidanda quaedam e libris صحاح الحديث i. e. *Verificator traditionum* et مصابيح الظلم *Lucernae tenebrarum*; in 50 conventus divisus in imitationem consessuum *Hariri.*

152. كتاب كليله و دمنه *Liber Kolaila et Demna.* Liber alias tam in Oriente quam Occidente sub Nomine fabularum bidpajensium notissimus, 14 capitibus constat, tempore *Nuschirvani* per Philosophum *Barzuje* in *Persiam* allatus, ibi in idioma *Pehlevicum*, ac dein in *Arabicum*, translatus per *Abdollah f. Ali Alahvazi* pro *Jahja f. Chaled Barmecida* a. 165 Hegirae; quam translationem praesens continet codex; ter in Persicum, jussu *Abulhassan Nasr f. Ahmedis Samanidae* per quemdam eruditum aulae suae virum, quam versionem *Rudegi* versibus reddidit; secunda vice jussu *Behramschah f. Mesud* per *Nasrillah f. Mohammed f. Abdolhamid*; tertia denique pro principe *Sohaili Hossein*, uno ex proceribus Sultani *Bikara* per *Hossein f. Ali Alkaschefi*; et haec ultima translatio persica sub nomine انوار سهيلي *Envari Sohaili*, hodie in manibus Persarum versatur; denique in turcicum conversus per *Ali f. Saleh* sub nomine *Humajuname* et per *Ali Ben Felah* Cazvinensem in idioma tataricum. Praeter has septem traductiones orientales *pehlevicam*, *arabicam*, triplicem *persicam*, *turcicam*, *et tataricam* in *Europa* dein innotuit per versiones complurimas in omnibus linguis occidentalibus.

153 تنبيه الغافلين في الموعظه *Monita ad eos qui adhortationes negligunt.* Autore *Ebileis Nasser f. Mohammedis Samarkandensis* def. 375. 64 Capitibus. Dicit *Zehebi* ex hoc libro complurima deprompsisse *Ebubekr Mohammed Ettermezi.* Ex sigillo pluribus foliis impresso patet hunc librum ad pium aliquod legatum, *Wakf* dictum, pertinuisse in urbe *quinque ecclesiarum.*

154. كتاب فضائل الاوقات *De praestantia temporum*; autore *Ebubekr Ahmed f. Hossein f. Ali Albihaki.* 4to.

155. حكم تاج الدين عطا الله *Philosophemata Tadscheddini Atallah* def. 709. Sententiae morales mysticae, quarum sensum absconditum complures Commentatores, quos *Hadschi Chalfa* recenset, eruere conati sunt.

156 .Sententiae morales a christiano monaco conscriptae.

157. اللولو المنثور في نصيحة ولات الامور *Margaritae consilii gubernatoribus oblatae.* Liber de arte gubernandi.

158. كتاب السبعيات في مواعظ خير البرابات *Liber septenarius de admonitione utili.* Autore *Abunasr Mohammed f. Abdor-rahmani Hamadanensis.* In praefatione autor rationem reddit, quare ob excellentiam numeri septenarii in septem capitibus de praestantia septem dierum hebdomadis egerit, septem nam esse *coelos, planetas, terras, inferna, membra praecipua corporis, partes Corani, aetates hominis etc.*

159. كتاب تحفه الزمان الي ملك سليمان *Donum temporis, Regi Suleimano oblatum* a *Mohammed f. Alansari Nablusensis.* Continet versus Corani, traditiones, monita, poemata etc. decem capitibus.

160. Collectio sententiarum moralium arabicarum per *Monachum Georgium*, dedicata *Eliae Fachr* praesuli *Divani* rosettensis.

## *Persae.*

161. انوار سهيلي *Versio Persica fabularum vulgo bidpajensium* dictarum *V. N.* 152.

162. ذخيرة الملوك *Annona Regum* autore *Seid Ali f. Schehid Hamadanensis* def. a. 786; decem capitibus: 1) De fide. 2) De submissione. 3) De bona indole. 4) De officiis erga parentes. 5) De institutione regendi. 6) De regno actuali معنوي 7) De rebus permissis ac prohibitis. 8) De quieto animo. 9) De patientia. 10) De Turpitudine superbiae.

163. نصائح الملوك *Consilia Regum* Exemplar splendidissimum oblatum Sultano *Schahroch* anno 813.divisum in quatuor partes مقصد et 10 Sect. 1) De intentione principis. 2) Principem opportere servare leges divinas. 3) Versus selecti pro Principe ex Corano. 4) Traditiones. 5) De pretio imperii ac regni. 6) De iniquitate quae est noxa imperii. 7) Regentem maxime admonitione egere. 8) De veracitate ac benevolentia. 10) De conditione eorum quibus fas admonendi principes.

164. ديوان حسين شاه در علم سلوك *Collectio Hussein Schahi de via salutis.* Liber asceticus de ασκηση سلوك 4 capitibus tractans.

## *Turcae.*

165. هايون نامه *Liber imperialis*: i. e. Versio turcica fabularum bidpajensium de quibus V. No. 152. Exemplar elegans 306. foliorum;

exaratus fuit hic codex per *Bekir f. Sadik* praeconem *Adrianopolitanum* anno 979 pro *Vasii Tschelebi* autore ipso cujus nomen primo folio auro inscriptum est.

166. Idem liber charactere minus eleganti, charactere cursivo 4^to.

167. ملاذ المتقين وملجاء الصالحين *Refugium timentium Deum ac asylum piorum*; autore *Mohammed Aarifi* ex *Hamid* oriundo. Composuit anno 974. Tractat de virtutibus omnis generis 91 Capitibus. Character medium tenet inter *Neschi et Divani*. 583. pag. folio.

168. ترجمة منهاج العابدين *Translatio viae colentium Deum* autore *Ebi Hamed Mohammed Gazali* 505 maj. in 7. عقبات divisum. origine arabicum, in turcicum translatum per *Elias f. Abdollah Nihani*. Opus celeberrimum ethicum.

## IX.

## Historiae Fabulosae Ερωμανεὶς (*Romans*) vulgo dictae.

Etiamsi apud Orientales ipsae fabulae sub nomine حكايت i. e. Historiae veniant, tamen hi eas secernunt a scientia historica, quae proprie تاريخ i. e. *Scientia eventuum chronologice determinatorum* nuncupatur. Nomina, quibus pro narrationibus fabulosis utuntur, sunt: قصه et سيرة quibus gallicum *mémoires* et *contes* optime respondet. Originem trahunt haec opera in litteratura Arabum ex primis biographiis ac relationibus bellicis heroum *Islamiticorum*, quibus jam ab initio multa commentitia adjecta fuere, et quae primus collegit *Ibn Hescham*. Sed si altius repetas, ingenium primaque materia harum fabularum ab *Indis* et *Persis* ad *Arabes* emanavit.

169. قصة عنتر *Historia Antar* alias *Antara* dicti herois ac Poëtae celeberrimi Arabum, cujus *Poëma*, inter septem *Caabae* suspensa, immortalitati adservatum est. Opus hoc voluminosum, modo pluribus, modo paucioribus tomis constat, pro libitu librariorum, qui nunc grandiori aut minori forma, nunc densiores, aut tenuiores tomos compingunt. Sic exemplaria ejusdem operis, quae viginti, triginta, et usque ad sexaginta voluminibus constabant in Syria et Aegypto occurrunt. Praesens codex ex Aegypto in Bibliothecam Caesaream allatus hucusque quantum scimus in Europa unicus est, nam exemplar ejusdem operis a *Cl. Hamiltono* pro collectione elginiana emptum una cum aliis cimeliis hujus collectionis in nevigatione periit, aliudque exemplar pro collectione *S. Ducis Gothensis a D. Seezen* emptum hucusque in Europam allatum fuisse nobis non liquet. Praesens co-

dex 33 ternionibus folio constabat, quorum duo ultimi cum in hospitio hominum a pestilentia purgandorum deperditi fuissent, restituti sunt duobus aliis alterius exemplaris in 4$^{to.}$ ita ut parva lacuna solummodo remanserit inter 31 in folio et 32 in 4$^{to.}$; nunc septem tomis compactum, quorum sex in folio, septimus in quarto. Character, scripturae duplex; nam primi tres tomi charta tenui laevigatissima, scriptura antiqua ac valde eleganti *Neschi* exarata sunt anno Heg. 871. sequentes tres tomi in charta recentiori Cahirensi, charactere rudi minime eleganti sed facile lectu scripti sunt. Ultimus denique tomus charta fusca, crassa, et obsoleta sicut inveniuntur hi codices in manibus *Scheichorum* deserta habitantium, à quibus duos eorum in castris britannicis prope *Alexandriam*, totum autem opus *Cahirae* a *Scheicho* bibliopolarum coemimus. Materia hujus operis, quae maxime ad cognoscendos mores, indolem, naturam Arabum opitulatur, jucundior utiliorque nobis videtur, quam celebratissima *mille et una nox*, non quidem illis comparanda quoad fictiones, quibus haec prorsus caret, nam veram historiam esse affectat; Nil de geniis, magis, talismanis ac animalibus fabulosis ibidem occurrit, et si incredibilia invenies de fortitudine herois, qui centum ac mille hostium solus invulneratus caedit, aut de celeritate equi generosissimi, qui ventum praevertit etc. haec potius hyperbolae styli, quam fictiones fabulosae censendae sunt, quae juxta opinionem Orientalium veritati historiarum nunquam nocent. Totum igitur opus se veram esse historiam profitetur tribuum principalium Arabiae et praecipue tribus *Abs* ex qua *Antar* oriundus a tempore *Nuschirvani* Regis persici, usque ad tempus *Mohammedis*, fidelior tamen in pingendis moribus, quam in eventibus referendis. Stylo saepe florenti et venusto, versibus intermixtis, nonnunquam plane sermone pedestri ac vulgari; complurimis in locis adulterationes archetypi per augmentationes recentioresque interpretationes ostendit. Quid censeat de merito ac stylo hujus operis lumen litteraturae orientalis clarissimus *W. Jones*, cui tantum volumen XIV. tractare contigit V. in Commentariis ejusdem de Poësi As. Tractat quidem praecipue de amoribus *Antaris et Ablae* sed etiam de historia prolium eorundem usque ad mortem Herois. Opus illius generis quod hodie *Roman de Chevalerie* nominare consuevimus, et quamquam non vertendum, propter copiam voluminum, tamen delibandum, et in historiam continuantibus excerptis, nulla mores describentia loca negligenda putaverim; ideo auxiliante Deo in lucem reddere propositum est. Autor ab initio usque ad finem semper apparet *Asmai* cele-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000029

berrimus ille Philologus ac Poeta aulae *Harun Raschidi*, sed nonnunquam nominantur et alii autores et fontes qui nobis a scriptoribus praecipue a *Meddahis* seu encomiastis officinarum *Cahvé* dictarum, interpolati, videntur; est enim hic liber, et non ut vulgo in Europa fertur *mille et una nox*, fons historiarum, quae conventus ac mappalia undique in Arabia ac Aegypto implent, et quamvis hi encomiastes materiam earum nonnunquam desumant ex aliis hujus generis operibus fere omnibus ab Aegypto prodeuntibus uti: قصة الذولهمّة *Kossat Dulhemmet.* سيرة الامين و المامون *Sirct Elemin vel Mamun.* سيرة بني هلال *Siret B. Hilal.* سيرة اسكندر *Siret Iskender.* سيرة بدرنار *Siret Bedernar.* سيرة سليمان *Siret Suleiman.* سيرة ابو العباس *Siret Abulabbas.* سيرة جودر *Siret Dschuder.* سيره حاكم *Siret Hakem*, et quorum plurima sedulus viator ac investigator Cl. *D. Seezen* pro collèctione *Gothensi* comparavit, tamen *Historia Antarae* judicio nostro ac totius *Syriae* ac *Aegypti* cunctorum facile princeps censenda est.

170. Historia fabulosa turcica gestorum Herois *Seid Battal.* Codex deficiens in initio et fine. Pluribus vicibus occurrit hoc opus in catalogo bibliothecae lutetiensis. No. CCCXVII. CCCXVIII. CCCXXXVIII. CCCXXXIX. CCCXL. CCCXLI. CCCXLII.

171. فرج بعد شدّة *Gaudium post afflictionem* Collectio narrationum fabulosarum turcicarum de 1001 noctibus et aliis. *Hadschi Chalfa* duo alia opera arabica sub hoc titulo refert, quae cum nostro nil commune habent; codex sub eodem titulo existit in Bibliotheca Regia Lutetiensi Nro. CCCLXXXII. sed nullum horum quatuor operum, nobis hucusque cognitorum continet fabulas a *Petit de la Croix* sub nomine 1001 *dierum* vulgatas, quas hoc titulo inscriptas affirmat; et quas donec textum originalem alicubi existere nobis non constabit, apocryphas ab autore solummodo ex variis fontibus congestas, aut in imitationem 1001 noctium compositas fuisse, censemus.

172. Historia principis *Seifolmoluk* cum *Bedioldschemal* ex 1001 noct.

173. *Historia* 40 *Veziriorum* a *Galland* potius gallice reddita.

174. كتاب عبرتنما *Liber exemplaris* autore *Lamii*, fabulas varias turcicas exhibens.

175. Idem opus.

176. Apophtgmata ac Historia *Nasreddin Chodschae* qui Turcarum *Eulenspiegl* tempore *Ilderim Bajazed* vixit.

178. Folia aliquot Historiae fabulosae *Kahramani* ac alia anonyma, adjectis variis miscellaneis orationibus, traditionibus, canticis etc.

## X.

# Poetae Lyrici.

### *Arabes.*

179. العروض *Tractatus de arte metrica* autore *Abulfeth Osman* arabice.

180. نضرة الاغريض في نصرة القريض *Splendor florum palmarum in adjuvandis carminibus.* Autore *Ali Mozaffer f. Alfadhl f. Jahja* tractat: 1) De poëtis in genere; 2) De quibus poëtae uti liceat, et de quibus non liceat. 3) De praestantia poëseos. 4) De laude et vituperio. 5) De eo in quo excellendum sit poëtae.

181. المعلقات *Septem carmina de Caaba suspensa*; quorum singula a variis Philologis OO. edita, simul translata ultimum germanice prodierunt cura cl. *Hartmani.*

182. ديوان المتنبي *Divan* seu collectio poëmatum principis poëtarum arabicorum post Mohammedem, *Abu Said Ahmed f. Hossein*, *Kenditae* defuncti, a. Heg. 354. Existunt plus quam 40 commentarii hujus poëtae, qui vi ingenii inflammatus ut *Mohammed* de poëta propheta fieri sperabat, ideoque *Motennebi* i. e. *prophetiam affectans* dicebatur.

183. شرح البرده *Commentarius τȣ Borda* i. e. Poëmatis *Kaab f. Zoheiri*, autore *Hassan f. Hosseini*, qui hunc commentarium composuit *Cahirae* in honorem *Alipaschae.*

184. ديوان علي *Divan Ali* generi Prophetae sub nomine انوار العقول من كلام وصي الرسول *Lumina mentium ex verbo Prophetae monentis.*

185. Continet hic codex: 1) *Kasside* autore *Chizr Esch-scherbini.* 2) *Divan Mohammed f. Mohammed Ebibekr Al-dschaabari.* 3) Admonitionem *τȣ Ibnalwardi.* 4) Tractatum juridicum sub titulo prolegomenorum *τȣ Sanusi.* 5) Item alium sub titulo: كتاب الوصف الذميم في فعل اللئم *Vituperatio actionum nefastarum.*

### *Turcae.*

186. ديوان حافظ Collectio poëmatum principis Lyricorum persicorum *Schemseddin Mohammed Hafisi*, *Schirazensis.* Fol. max. elegantis. Specimina hujus poetae mystico erotici, qui Orientalibus *lingua mysteriorum* لسان الغيب dicitur, varia inclaruere in variis Europae linguis; latine, per duo clarissima litteraturae orientalis sidera *Jones* et *Revizky*; anglice, vertentibus *Nott*, *Ousely*, et *Gladwin*; germanice, interprete *Wahl*; sed tota ejusdem germanica versio nostra, nonum in annum pressa, nunc apud Cottam Tubingae in lucem proditura est.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000031

187. Idem opus perperam scriptum.
188. Idem charactere tenui sed eleganti.
189. Aliquantulum rudius.
190. ديوان جامي Collectio poëmatum lyricorum celeberrimi *Dschami.* Exemplar splendidissimum cujus primo folio inscriptum est *sexaginta* aureis emptum fuisse.
191. ديوان كمال خجندي *Divan* poëtae Lyrici *Kemal Hodschendensis.* Scriptura elegantissima, una cum picturis venustissimis quas *vignettes* diceremus ad initium et finem cujuslibet *odae.*
192. Odae mysticae sine nomine autoris. 12.

*Turcae.*

193. ديوان نجاتي *Divan* poëtae Turcae *Nedschati* def. an. 915. Heg.
194. Idem opus.
195. ديوان عبد الباقي *Divan* poëtarum *Abdolbaki et Chiali.*
196. ديوان محبّي *Divan Muhibbi* i. e. *Suleimani Legislatoris.*
197. Excerpta e variis poëtis celebribus ut *Baki*, *Fasli*, *Haireti*, *Chiali*, *Sati*, *Revani*, *Mesihi*, *Chalissi*, *Emri etc.*
198. ترجمان الغيب في حلّ عقّال الربيب *Interpres mysteriosus in solvendis vinculis privignorum*, autore *Mohammed Kemali.* Poëma mysticum, cui fragmenta accedunt, tractatus de peregrinatione, et alius de medicina in versibus.
199. Poëmata, odae, et *hymni*, quos *Dervisis* mos est cantare.
200. Collectio canticorum, تركي dictorum variis autoribus.
201. Collectio ejusdem generis.
202. Excerpta e poëmatibus τȣ *Scheichi* et aliorum.
203. مجمع seu Collectio variorum excerptorum e *poëtis* ut supra.
204. Collectio ejusdem generis.

## Eromantici.

*Persae.*

205. خمسهٔ نظامي *Liber quinquepartitus* τȣ *Nizami.* Opus celeberrimum quod constat: 1) *E Libro fortunae.* 2) *Chosru et Schirin.* 3) *Leila et Medschnun.* 4) *Heft Peiger* seu septem veneres. 5) *Iskendername.* Dividuntur saepe opera in quinque aut septem partes a celeberrimis Poëtis persicis, ita ut quantum *Bocacii* ac Reginae *Navarrensis* decamerones celebres inclaruerunt. Sunt autem libri quinquepartiti celeberrimi 10 sequentes. *Nizami*, *Dschami*, *Chosru dehliaci*, *Abul-atha Kermanensis*, *Nami*, persice. *Dschelili Brusensis*, *Sinani f. Suleimani*, *Moidi*, *Jahja*, turcice. *Nevai* alias *Mir Alischir* tschagataice.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000032

206. خمسه جامي *Liber quinquepartitus τȣ Dschami.* Continet: 1) Librum liberorum. 2) Rosarium justorum. 3) Historiam *Josephi et Zuleichae.* 4) Historiam *Leilae* et *Medschnuni.* 5) Expeditionem *Alexandri.*

207. يوسف وزليخا Historia *Josephi aegyptiaci et Zuleichae.* Exemplar splendidissimum pro quo 20 aureos solutos fuisse ex notula ibi adscripta patet.

208. مهر و مشتري Historia erotica *Mihr ac Müschteri* autore *Mohammed f. Ahmed Attar* Tebrizensis, qui id composuit a. 778. Constat 5120 versibus.

209. Idem opus.

210. ليلي ومجنون Historia *Leilae et Medschnun* autore *Hatefi* 12.

211. كوي و چوكان *Sphaera et malleus quo agitur* autore *Aarifi.* 12.

*Turcae.*

212. Historia *Josephi aegyptiaci et Zuleichae* autore *Hamdi.* Opus celeberrimum omnibus aliis ejusdem nominis praeferendum.

213. خورو خاور *Chor u Chaver*, i. e. Sol et Luna autore *Hamidi*, qui scripsit tempore *Sultani Murad II.*

214. شاه وكدا *Rex et mendicus* autore *Jahjabeg.*

215. Idem opus.

216. Idem opus.

## Didactici et Mystici.

*Persae.*

217. كليّات سعدي Omnia opera *Saadi*, quem nominasse sufficit. Collegit ea *Ali* filius *Ahmed* filius *Abunasr.* Continet opera ejusdem omnia praeter *Rosarium* ac *Hortum*, quae sub titulis *Gulistan* ac *Bostan* separata habentur. Continet igitur مجالس الخمس *Conventus quinque* نصيحت الملوك *Librum consiliorum Regum.* قصايد *Kassaid* arabicas et persicas.

218. Idem opus.

219. جوهر الذات *Essentia personae.* Opus mysticum poëtae persici *Attar*, quod 66 aureis venundatum fuisse, primo folio inscriptum est. Sigillum in medio libri impressum, indicat hunc codicem exemplar fuisse Sultani *Schahroch.* Legitur enim ibidem من خزينة كتب سلطان الاعظم شاهرخ بهادر *E thesauro librorum Sultani Schahroch Behadir*, e cujus possessione venit in illam *Sultani Osmanici* cujusdam, cujus sigillum primo folio impressum, sed obliteratum nomen Sultani *Bajazedis II.* exhibuisse videtur. *Hadschi Chalfa* hoc opus non memorat.

220. بوستان و كلستان *Hortus et Rosarium τȣ* Saadi. Codex elegantissimus do-

natus Bibliothecae Caesareae Regiae a B. de *Schwachheim* Ministro Internuntio, 15 Junii Perae 1758 in 4^to^ majore.

221 گلستان *Rosarium Saadi* corio turcico rubro aurato distinctum 8^vo.^

222. Idem opus — 12.

223. Idem opus — 12.

224. Idem opus — 8.

225. Idem opus — 4.

226. Idem opus — 4.

227. Idem opus 4^to^ cum versione interlineari turcica.

228. Commentarius exordii *Rosarii τȣ Saadi.*

229. Commentarius *Rosarii*, autore *Sudi* ubi commentarios celeberrimos ante illum conscriptos aut probat aut refellit ita ut: سروري عيسي ابن سيد علي كافي شمعي in margine persaepe citentur.

230. بوستان *Hortus.* Exemplar splendidissimum 36 aureis emptum picturis ornatum, more persico elegantissime compactum exterius cum figuris depictum, intrinsecus deauratum. Sigillum sultanicum, ex quo constat hoc exemplar *Sultani* alicujus fuisse, pene deletum, ita ut nomen *Sultani* legi nequeat.

231. Idem opus.

232. Idem opus.

234. Idem opus, initium deest.

235. Commentarius *τȣ Bostan* autore *Sudi* qui ut *Sururi Saadium et Hafizum* duo poeseos persicae lumina commentatus est. Alii commentatores hujus operis praeter *Sudi* ac *Sururi* sunt *Schemii* ac *Alhaval Brussa* oriundus.

236. نفس بديع غزالى مشهدي *Poëma mysticum* autore *Ghazali* ex urbe *Meschhed* oriundo ab illo *Alikulichano* oblatum.

237. مثنوي *Mesnevi.* Opus celeberrimum mysticum *Scheichi Dschelaleddin Mohammed f. Mohammed Balchensis*, qui dein *Iconii* mortuus anno 670 Hegirae sex libros composuit. Est hic liber canon quasi ac evangelium *Dervischorum* ordinis *Mevlevi* qui adhuc hodie inter ordines monasticos turcicos primum locum obtinent.

238. هفت اورنك جامي *Septem Throni* i. e. *Constellatio ursae majoris* autore *Dschami.* Est liber in septem partes divisus juxta modum librorum quinquepartitorum aliorum Poëtarum. Cum *Dschami* librum quinquepartitum, de quo supra locuti sumus, jam composuisset, duobus adjectis poematibus ad septenarium numerum produxit atque inde *Satentrionem* nuncupavit. Continet: 1) *Librum catenae aureae.* 2) *Saman u Ebsal.* 3) *Donum liberorum.* 4) *Rosarium justorum.* 5) Histo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000034

riam *Josephi et Zuleichae.* 6) Historiam *Leilae et Medschnuni.* 7) Librum moralem de signis nobis *Talisman* dictis.

239. روضة الاخيار و تحفة الابرار *Hortus bonorum ac donum justorum* alias *Beharistan* dictum; opus soluta oratione et versibus mixtum ex quo Anthologia persica plura specimina exhibet.

240. سبحة الابرار *Rosarium justorum*; autore *Dschami* una cum تحفة الابرار *dono liberorum*; sunt duae partes libri quinquepartiti. V. sub No. 206 et 238.

*Turcae.*

241. كلام رفيعي Poema mysticum autore *Refii* eleganter exaratum.

242. شرح كلشن راز Commentarius poëmatis mystici *Gülschenras* autore *Mohammed f. Jahja f. Ali.* fol. min.

243. محمديه *Mohammetismus* seu doctrina islamitica Autore *Mohammed Jazidschi Ogli*; 9109 versibus constat.

244. Idem opus deficiens.

245. مولود *Hymnus* in nativitatem *Prophetae* autore *Suleiman Brussensi.*

247. Fragmenta poëmatis in laudem *Mohammedis.*

## IX.

## Scriptores de scientia Legis i. e. Theologi ac Juris periti.

248. حلّ المعلقة من وقاية الرواية في مسائل الهداية *Solutio locorum obscurorum, operis* cui titulus: *Tutela traditionis in quaestiones de directione.* وقاية الرواية *Tutela traditionis* etc. est opus celebre autore *Mahmud f. Obeidollah machjolensis*, quod complures commentarios nactum, inter quos praesentis codicis autor *Obeidollah f. Saad* qui se discipulum dicit autoris ٧٨ وقاية; tractat ordine consueto de singulis capitibus juris Islamitici cujus scientia علم فقه dicitur, quaeque bifarie dividitur in علم الاصول ac علم الفروع i. e. *Scientiam radicis, et scientiam ramorum* i. e. *doctrinam dogmaticam et juridicam.*

249. ملتقي الابحر *Confluxus marium.* Corpus juris *Islamitici* congestum ab *Ibrahimo f. Mohammed, Halebensi* cx praecipuis operibus juridicis videlicet: ex الوقاية الكنز الهداية مسائل القدوري المختار Juxta sententiam doctorum hanefiticorum anno 923 a pluribus commentatum. Ex hoc opere cl. *Mouradga d'Ohsson* praecipuam materiam sui hausit.

250. شرح الفرايض *Commentarius in opus de partibus legitimis haereditatis* per *Dschemaleddin f. Alhadscheb* charactere mauritanico.

251. كتاب التلويح الي كشف مزايد التنقيح لابن الحاجب *Expositio utilitatis in purgandis principiis Theologiae, autore Ibnal-hadscheb*; est commentarius in

opus celeberrimum تنقيح الاصول i. e. *purificatio principiorum* dictum quod composuit *Obeidallah f. Mesuud Alhadscheb.*

252. Liber turcicus 77 capitibus tractans de omnibus officiis Islamismi sine nomine autoris 4to.

253. شرح فرايض *Commentarius de partibus legitimis haereditatis*, quem sequitur tractatus de eadem materia autore *Taschkoprisade.*

254. كتاب مستقيم *Liber semitae rectae* anonymus turcicus pro *Sultano Murad III.* 18 capitibus de officiis religionis tractans. 4to.

255. منية المفتي *Portus Mufti*, autore *Jusuf f. Said f. Ahmed Sedschestani* de jurisprudentia islamitica علم الفروع singulis capitibus ex ordine tractans.

256. مجمع البحرين و ملتقي النهرين *Concursus duorum marium, et conflictus duorum fluviorum* autore *Mozaffereddin Ahmed f. Ali f. Thaleb* noti sub nomine *Ibnes-saati* an. 694. Collegit hoc opus ex quaestionibus τȣ *Kuduri*, et ex opere τȣ *Ebi Hafs Ennesefi*, quorum primum de essentia jurisprudentiae فقه alterum vero de differentiis sectarum orthodoxarum agit. Hoc opus commentati sunt multi.

257. Pars corporis juris Islamitici principio et fine carens

258. وصيتنامه بركلي محمد افندي *Liber admonitionis*, autore *Mohammed Efendi* Perga oriundo. Est liber elementaris de articulis fidei et de primis religionis officiis, qualis nobis catechismus dicitur, magni habitus Constantinopoli, ubi etiam typis vulgatus est.

259. Liber turcicus de officiis *Islamismi* autore *Kotbeddin f. Mohammedis.*

260. شرح عقايد Commentarius in opus dogmaticum τȣ *Nesefi*; agit de praeceptis الاحكام quae sunt aut *practica* عمليه aut *theoretica* فرعيه suntque opposita *dogmatibus* عقايد, quae dividuntur in اصليه *radicalia* et اعتقاديه *canonica.* Scientia de praeceptis dicitur *Scientia legum ac praeceptorum* علم الاحكام و الشرايع altera scientia dogmatis علم التوحيد و الاعتقاد adjectus est catechismus persicus.

261. درر الحكام في شرح غرر الاحكام *Uniones praefectorum in commentandis margaritis praeceptorum Islamismi.* Est commentarius operis celeberrimi dogmatici غرر الاحكام dicti, quod composuit *Monla Chosru* anno 695 qui plurimos nactus est commentarios.

262. مهمات القضاة لاحتياجهم اليه في كلّ مهمات *Adjutorium judicum in negotiis gravissimis.* Autore Judice *Hamza.* Continet formulas instrumentorum decretorumque judicialium arabice.

263. Opus de traditionibus propheticis autore *Abdollatif f. Abdolazíz* celebrati sub nomine *Ibnal Malek.* Origines fontium ac praecipua-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000036

rum autoritatum traditionis, continet 12 capitibus 2222 traditiones propheticas.

264. Commentarius in opus منية المصلي *seu portus orantis* autore *Ibrahim f. Mohammed f. Ibrahimi.* V. dein sub No. 270.

265. Continet hic codex: 1) Codicem de jurisprudentia ordine consueto. 2) Decretum e collectione decretorum *Fetwa* dictorum *Mufti Abdolganizade.* 3) تحفة الملوك في الفروع *Donum regum in ramis jurisprudendentiae* autore *Zeineddin Mohammed f. Ebibekr f. Hassan Errasi.* Epitome jurisprudentiae seu علم فقه decem libris.

266. Idem opus praecedens.

267. Tractatus anonymus de officiis religionis turcicae.

268. Tractatus similis, turcice.

269. تعلّم المتعلّم في طريق التعلّم *Instructio studentis in via docendi.* Tractatus de praestantia scientiae in genere et jurisprudentiae seu τȣ فقه particulariter.

270. Idem opus quod sub No. 264.

271. Continet hic codex varios tractatus de scientia legendi Coranum. 1) Folia aliquot tractatus versibus conscripti de hac arte. 2) Tractatum persicum sine initio de eadem materia. 3) Commentarium operis τȣ *Dschezeri* de lectura Corani. Autor Commentarii est *Abujahja Zekeria Alansari.* 4) Tractatum de eadem scientia علم القراءات و التجويد dicta. 5) Tractatum de arte scribendi *Coranum.*

272. Tractatus de oratione.

273. رسالات كمال پاشا زاده Tractatus τȣ *Kemalpaschazade.* Numero 24 tenoris juridici ac theologici. Primo folio inscriptum est: 1569 *hab ich dieses Buch bei Weiſsenburg bekommen den* 20. *May.*

274. Quinquaginta tres quaestiones propositae *Scheicho Sidi Abdolbaki f. Scheich Jusuf Ezerkani;* una cum responsis de variis dogmatis ac juris materiis.

275. Codex pretiosissimus ob varitatem tenoris. Sunt XIX. tractatus religionis Drusorum a Missionario seu الداعي ad propagandam sectam hanc contra Christianos aeque ac Moslimos, forma epistolarum conscripti. Autore *Moktana Bohaeddino*, qui se *alam sinistram, ministrum quartum*, nominat. Fuit autem hic *Moktana* quintus minister religionis *Drusorum*, a quo plures tractatus fundamentales habentur (V. Chrest. arab. pag. 401. II.) Praesentes epistolae monitoriae scriptae sunt ab anno XV usque ad annum XXII τȣ *Kaimezzeman* i. e. *Hamsae* qui est proprie fundator religionis *Drusorum.* Cum uti e fine epistolae septimae constat, annus decimus sextus hujus aerae respondeat anno

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000037

422 Hegirae, annus primus ejus aerae incipit anno 406 Hegirae i. e. vigesimo imperii τȣ *Hakem* in cujus persona Deum sese manifestasse credunt *Drusi.* Referri igitur debet missio *Hamsae* seu fundatio religionis *Drusicae* ad annum 1015 aerae christianae. Incipiunt finiuntque hae epistolae cum laude Dei ac Domini *Hakem*, ac servi ejusdem *Imami* Rectoris temporis *Hamsae* قائم الزمان Tituli epistolarum sunt sequentes:

I. الجهريه II. المسيحيه et III. التعقّب particulariter contra Christianos qui textibus ex evangelio allatis admonentur ad amplectandam veram religionem Unitariorum seu Drusorum. Ultima scripta est ad Michaelem Armenum (Paphlagonem) successorem Romani Argyropuli Imperatoris byzantini, qui cum thronum anno 1034 conscendisset ac epistola haec ante annum 422 Hegirae (1034 Christian) exarata fuerit, liquet eam ad *Michaelem* non qua Imperatorem sed designatum successorem ac institutorem filii ejus Constantini datam fuisse.

IV. الايقاظ والبيان Excitatio et declaratio ad incolas *Iracae, Persidis, Bagdadi.*

V. الحقايق و الانذار *Veritates et sponsiones* ad incolas *Syriae*, *Antiochiae Kanesrin Haleb* et vallis deauratae.

VI. الفاضل و المفضول *Praecellens et praecellentia elatus.*

VII. رسالة العرب Epistola ad *Arabes* i. e. *Incolas Hedschasi*, *Aegypti*, *Jemeni*, duarum *Iraccarum* etc. exaratae. Anno 422. Hegir.

VIII. هداية النفوس *Directio animarum* exarata anno 17. *Hamsae* seu τȣ قائم الزمان *Regulatoris temporis*, cujus laus laudi *Hakemi* conjuncta semper fini epistolae subjungitur his formulis. الحمد لمولانا الحاكم الاله وحده Laus *Hakem* Deo unico. و الشكر للامام الهادي قائم الزمان ولي وعبده et gratiarum actio *Imamo* Directori Regulatori temporis, amico et servo ejus.

IX. رسالة الهند Epistola ad *Indos* anno 17. aerae *Hamsae.*

X. التفريع و البيان *Ramificatio et explicatio*; dicit in hoc epistola *Dedschal* seu *Antechristum* oriturum esse ex *colle vini* تل الخمر seu Halep.

XI. تأديب الولد *Castigatio Filii.* Epistola admonitoria ad filium suum.

XII. القاصعة للفرعون *Castigatoria ad Pharaonem*, quo nomine intelligit falsum missionarium seductorem quempiam.

XIII. ابو اليقظان *Pater vigilantiae* ad quemdam *Scheichum* Unitariorum *Ebilkassem Nasr f. Futuh* quem admonet ut transferat se ad arcem quampiam maritimam.

XIV. تمييز الموحدين *Distinctio Unitariorum* ad incolas Aegypti quos sub nomine الهياكل seu templorum alloquitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000038

XV. سرون قائم الزمان Epistola scripta anno vigesimo *Hamsae.*

XVI. التعنيف و التهجين *Objurgatio et vituperatio*, eodem anno ut prior.

XVII. الوادي *Vallis* ad *Unitarios* in regione *Taheral-sadi.*

XVIII. القسطنطنية *Constantinopolitana*, ad Constantinum filium Romani Argyropuli, ad Episcopos, et Patricios Imperii Graeci.

XIX. السفر الي سيادة ال محمد *Litterae ad Dominos distinctos familiae Mohammedis.* Enumerantur hic quatuor religiones principales, *Christiana, Judaica, Musulmana, et Magica* seu *Brahmanica*, sectaeque sequentes novem, quarum doctrinam respuunt veri Unitarii: 1) النصيرية *Nosairye* (qui hodie adhuc Syriam incolunt) (V. Niebuhr) 2) القطعية 3) الحمراوية Asseclae *Isaaci* rubri. 4) الشمطية 5) الكيسانية 6) الجارودية 7) الزيدية 8) الموسوية 9) الكشكاية dicit de his: فقد بطلت دعاويهم لانما تويهات علي الامم وغير جايزة الا علي اشباه البقر و الغنم Praetensiones illarum vanae sunt ad seducendos populos nullumque donum praeponunt nisi idola *vaccae et ovis* (cultum vituli a quodam Haeretico constitutum.)

276. جامع الفنون في اقوال الاربعة *Collectio notitiarum ex dictis quatuor Antistitum orthodoxorum*; autore *Omer f. Ahmed. f. Ebibekr.*

277. جامع الفتاوي *Collectio decretorum quatuor Pontificum legis Islamiticae.* Autore *Ali Efendi* secundum ordinem capitum codicis Juris.

278. جزء الأول جامع البخارا *Pars prima collectionis traditionum*, autore *Imam Eli Abdollah Mohammed f. Ismail f. Ibrahimi* Bucharensi, celebratissimo traditionum doctore. Numerus traditionum ab illo collectarum septem millia transgreditur. Fons alter post *Coranum* totius legislationis Islamiticae, quae *Corano* ac *Sunnae* i. e. scripturae ac traditioni innititur. Accedit huic fragmento τȣ *Bocharae* aliud epitomes de libro كتاب الوقاية cui titulus est: وقاية الرواية في مسائل هداية *Tutela narrationis in quaestionibus de directione salutis.* Autor operis primi est *Ali f. Ebibekr Almorgainani*, autor alterius operis *Mahmud f. Obeidallah Almahjoli.* Utrumque opus plures Commentatores et Glossatores prosecuti sunt.

279. تأييد الملة *Confirmatio sectae.* Liber in refutationem Christianorum et Judaeorum. 5 capit. Autor *Ibrahim f. Mohammed.* In eodem codice charactere mauritanico exarato continetur alia refutatio sub titulo المجادلة مع اليهود والنصاري *Liber disputationis cum Judaeis et Christianis*, cui adjectus liber de dictis *Aristotelis et Abuwelidi f. Raschidi.*

280. كتاب الرد في المسلمين *Liber refutationis Moslimorum.* Sunt disputationes habitae in Syria a *Monacho Georgio* in conventu *St. Simeonis* cum tribus Theologis Mohammedanis coram Sultano *Zaher Bibars. f. Jusuf. f. Ejub f. Salehi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000039

281. صدر الشريعة *Principium jurisprudentiae.* Est Commentarius celeberrimus et in turcica institutione jugiter traditus in opus superius dictum *Wikajet.*

282. Liber minime obvii generis ab Europeo quodam ut apparet a reformata religione apostata et postea clandestino suae fidei cultore, exaratus esse videtur: continet: 1) Tractatum de lingua persica discenda. Phrases varias una cum versione. 2) Fundamenta religionis mosaicae et christianae h. e. decem praecepta Dei, orationem dominicalem, et *credo* quinque linguis charactere turcico exarata sermone croatico, hungarico, germanico, italico. Hucusque ad fallendos solummodo tutores Moslimos, qui hunc librum forte evolverent, conscripta esse censemus; et materiam hujus libri praecipue sub hoc titulo contineri الامان تركي *Cantica Germanica* i. e. Hymni ecclesiastici ac liturgiae eclesiae reformatae, lingua germanica, sed litteris turticis exarati; adjectus est denique paragraphus de epochis principalibus historiae Osmanicae, de diebus fastis ac nefastis, de divinatione; exaratus est codex in charta europea non levigata, scriptura eleganti sed quae tamen manum alienam prodit.

283. مقدمه قطب الدين *Prolegomena Kotbeddin* autore *Mohammed Nigujensi* dein *Nicaeensi*, Liber turcicus de exercitio devotionis.

284. عشقنامه *Liber amoris.* Liber turcicus e persico translatus autore *Abdolmedschi f. Firischte.* Accedit tractatus de valore litterarum ac de methodo legendi *Coranum.*

285. Commentarius in *Kasside* de methodo legendi *Coranum*, cui titulus فضيلة اتراب القصايد في اسنـــي المقاصد *Kasside praestantissima in scopo altissimo attingendo.* Autore *Seheich Abulcassem*, qui in epitomen redegit praecepta de arte legendi ac recitandi *Coranum*, quae invenerat in operibus ٧٨ شاطبي اباعمر المقنع *Schatebi*, *Abaomer*, *Almokannaa.*

286. منافع قراة *Emolumenta lectionis Corani.* Autore *Temimi* ex arabico in turcicum translatum autore *Fetheddin*, qui rogatus a *Firuspascha* hoc munus suscepit.

287. Psalmi *Davidis* arabice.

## XII.

## Collectanea.

288. مجموعة مختلفه عربيه تركيه فارسيه Collectanea varia *arabica*, *turcica*, *persica*: Continet excerpta soluta oratione ac versibus. Praeter alia continet hic codex: Quamplurima excerpta e principe Rhetorum persico-

rum Historiographo *Wasaff*; poëmata varia turcica, arabica, persica; carmina *Mesnevi* cum commentario; *Kasside* arabicam *Chamriye* dictam; epistolas arabicas variorum autorum. *Kasside* missam ab Imperatore graeco *Nicephoro* ad Chalifam *Motei lillah*, et cui respondit *Scheich Ebubekr Alkefal* juxta relationem *Ismail f. Alhadadi* legati *Chalifae* et *Scheichi Ibad f. Serhen Elmosaferi Esch-schatebi* una cum nominibus *Scheichorum*, in quorum praesentia perlecta fuisse fertur haec *Kasside*. Poëma τȣ *Ibnalvardi* sub nomine *Lamiat* cognitum. Poëma τȣ *Tograi* eodem nomine *Lamiat* celebratum, cum commentario τȣ *Ebibekr Alakberi Hanbelitae*, elegantissime scriptum. Caetera excerpta cursim, sed non ardue ad legendum charactere modo *Taalik* modo *Divani* conscripta.

289. مجموعه Alius liber collectaneus hujus generis.

290. مجموعه Traditiones, orationes, epistolae, cantica.

291. مجموعه Excerpta turcica ac arabica.

292. مجموعه Poëmata turcica, arabica, traditiones, orationes.

293. مجموعه Fabulae quaedam turcicae.

294. مجموعه Cantica, exempla scripturae.

295. مجموعه Initium operis *Gülschenras*, cantica.

296. مجموعه Cantica; plurima folia alba.

297. مجمع Libellus forma oblonga continens cantica turcica.

298. Parenesis ascetica ad Monachos.

299. Continet hic codex: 1) Commentarium initii τȣ *Mesnevi*. 2) Duas *Kasside* sub titulo قصايد الابرار una autore *Atar* et altera *Mir Chosru*.

300. Continentur in hoc codice versus turcici, series Scheichorum, liber oneirocriticus, orationes arabicae, distica mysteriosa etc.

## XIII.

## Corani ac Commentatores ejus.

301. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

302. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

303. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

304. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

305. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

306. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

307. Coranus charactere mauritanico exaratus usque ad finem Surae الانعام

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000041
DFG

308. Coranus a Sura يس usque ad finem.

309. Coranus forma minima octogena vix pollicis magnitudine, ob minutissimum characterem, qui pene microscopico legi potest, notandus ac rarus.

310. Coranus in 4^to^ in theca ex pergameno.

311. Coranus elegantissimus instar christiani libri liturgici compactus in theca ex corio nigro.

312. Coranus charactere non minus perspicuo, folio.

313. Coranus forma 4^ta^

314. Coranus usque ad Suram التكوير

315. Pars *Corani* incipiens a Sura النسا usque ad Suram الزلزلة

316. Pars *Corani* incipiens a Sura مايده usque ad *Suram* النحل inclusive.

317. Corani pars incipiens a Sura عمران usque ad Suram الملك inclusive.

318. Pars Corani incipiens a Sura مايده usque ad Suram الموزه inclusive.

319. Coranus ab initio usque ad Suram القلق

320. Coranus forma 12.

321. Coranus forma 12.

322. Coranus in forma 4. corio compactus.

423. Coranus in folio. Exemplar splendidissimum non tantum magnitudine chartae ac characteris, nitore interno ac externo conspicuum, sed etiam versione interlineari, textui tenui calamo adscripta. In primo folio hunc codicem *centum thaleris* emptum fuisse, indicatur.

324. Coranus forma 12.

325. Surae الانعام * السجده * الفجر adjectis precibus الاورد dictis *Scheichi Hamideddin.*

326. Coranus forma 12.

327. Sura الانعام aliaeque, dein preces turcicae variae 12.

328. Sura الانعام una cum picturis turcicis. 12.

329. Fragmenta Surarum variaeque preces turcicae. 12.

330. Preces variae arabicae.

331. Pars Corani a Sura لقمان usque ad suram عبس inclusive.

332. Pars Corani a Sura LXVII. usque ad finem.

333. Coranus cui deest Sura 1^ma.^ ac initium secundae.

334. Vltimae Surae Corani, accedunt nomina Dei, descriptio Prophetae, variaeque preces.

335. Pars Corani incipiens a Sura الفتح, dein versiculi e variis Suris electi.

336. الجز الثالث *Pars tertia* Corani earum partium quae جز dicuntur. Incipit a versu Surae II usque ad versum 83 Surae III.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000042

337. الجز الخامس *Pars quinta* Corani a versu 28 Surae IV usque ad versum 29 Surae V.

338. الجز الثامن *Pars octava* Corani.

339. الجز السادس عشر *Pars decima sexta* a versu 71 Surae XVIII cum Sura XIX et XX.

340. الجز الثالث عشر *Pars decima tertia* a versu 52 Surae XII una cum Suris XIII et XIV.

341. الجز عشرون *Pars vigesima* Corani a versu 57. Surae XXVII. una cum Suris 28 et 29. Omnes hae partes charactere ejusdem formae conscriptae adunum idemque exemplar pertinuisse, ac occasione Strigonii capti BibliothecaeCaesareae accessisse videntur, cum numero 339 inscriptum sit: *Strigonio capto anno 1695 liber hic a I. Hartmanno B. Enenkelis inter spolia castri turcici acquisitus Blibliothecae Caesareae Regiae datus anno 1696.*

342. سورة المجادلة *Sura altercatio*

343. الجز الثاني *Pars secunda* Corani a versu 196 – 254 Surae II$^{dae}$.

344. Surae *Corani*, et preces arabicae variae.

345. Viginti terniones Corani mauritanice exarati, unus quisque in theca coriaca, inordinati ac adeo mutili sequuntur, ut nihil praeter exercitationem legendi characterem mauritanicum praestent.

346. Surae aliquot *Corani*.

347. *Coranus* a Sura XXXVI usque ad finem, charactere mauritanico non eleganti.

348. الامالي *Lucubrationes orthographicae* in Coranum et alia opera celeberrima autore *Abuomru Osman Ibn Hadscheb* m. 672. Sunt septem tractatus orthographici ac grammaticales quorum *primus* in Coranum. 2) In *Motennebbi*. 3) In opus المسائل جليله 4) In opus المسائل الغريبه 5) In traditiones propheticas. 6) في الاصحاب (7 المتعلقه بلوات الشرطه

349. التوضيح في حلّ غوامض تنقيح *Elucidatio in solutione arcanorum* τȣ *Tenkih* autore *Obeidallah f. Mesudf. Omer El-taftazani*, qui in compendium redegit majus opus *Tenkih* dictum, quod est *Tractatus de principiis religionis* الاصول quae sunt *Coranus* i. e. scriptura; *Sunna* i. e. traditiones; *canones universales* i. e. decisiones antistitum orthodoxorum ac *Analogia* seu decreta ex Analogia casuum desumpta.

350. Commentarius arabicus Corani anonymus a Sura مايده usque الانعام

351. Exegesis turcica primae Surae Corani, quam sequuntur preces variae ac doctrina de utilitate earum, tractatus turcicus de officiis religionis etc.

352. انوار العاشقين *Lumina amantium*. Est versio turcica operis arabici



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000043

مغارب الزمان sive *Raritates temporum* cujus autor *Scheich Mohammed f. Saleh* celebratus sub nomine *Jazidschiogli*, quod frater ejusdem, nomine *Ahmed*, in idioma turcicum transtulit tempore Sultani *Muradis II* et absolvit *Gallipoli* anno 855 Hegirae, quinque capitibus; tractat: 1) De creatione. 2) De colloquiis Dei cum Prophetis. 3) De allocutionibus Dei ad Angelos. 4) De sermone Dei in die judicii. 5) De verbis Dei in loco constituto. Idem autor partem hujus libri in versus turcicos redegit sub titulo *Mohammedje* quod vide supra 243. 244; ita ut juxta interpretem nostrum in opere prosaico *margaritae absconditae* درر مكنون in poetico *res insperatae* امر غير مكنون inveniantur. Opus non tam magni habitum propter materiam a Turcis, quam a nobis propter antiquitatem linguae, quae rudis ac inculta ab elegentia posteriorum saeculorum plurimum differt.

353. Preces variae turcicae una cum exegesi earundem ac officio pro singulis diebus ورد dictae; sectiones calendarii de influentia temporum anni; denique epochae illustriores historiae ottomanicae.

354. Sura الانعام *seu pecorum* i. e. VI Corani, quae propter utilitatem lectionis prima omnium habetur, cum 70000 Angelorum orent pro lectore (V. Maracc.) Ideo ab omnibus fere devotis Musulmanis circumfertur in paribus libellis qui vulgo *(Inaam)* de nomine Surae vocantur aut etiam *Hamail* quia suspenduntur, unde denominata sunt nostra *Amuleta.* Materia horum *amuletorum*, quorum complura habemus semper fere est eadem. Continent enim Suram الانعام aliasquae plures ultimas *Corani orationes* دعا una cum commentariis utilitatem earundem exhibentibus, *apprecationes* الصلواة in prophetam ac familiam ejus. *Nomina Dei* الاسما الحسني centum ac totidem Prophetae una cum ejusdem descriptione. *Formulas Talismanicas* طلسمات ad depellendas adversitates; denique sigilla varia Prophetarum quibus nomina eorum aut formulae quaedam nunnunquam litteris sed plerumque ciffris inscriptae sunt. Miles turca talem librum collo appensum ferens, illius auxilio ab omni mortis discrimine se tutum ac invulnerabilem putat. Continet igitur presens liber suras الانعام * الرحمن * الاخلاص, traditiones aliquot turcicas, dein orationes, نور * رسول * دعاء فار * قدح * dictas.

355. حرز وزير φυλακτηριον *Vezirii*; preces variae inter quas دعاء جوشن *seu de loricis.* 12.

356. Liber huic similis capto *Strigonio* anno 1695, in Bibliothecam Caesareaes Regiam allatus continet: suram الانعام orationesque varias turcicas.

357. *Oratio pro felicitate* دعاء سعادت una cum tabulis de sorte consultanda. Sigilla prophetarum *Jesus*, *Davidis*, *Josephi*, *Salomonis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000044

358. Sura XXXVI *Corani*, يس dicta, quae post VI. maximam autoritatem habet in his libellis et cui plerumque sequentes adjiciuntur usque ad finem *Corani*, sigilla مهر et invocationes طلب 12.

359. Continet varias formulas talismanicas طلسمات 16.

360. Sura XXXVI et finales. Oratio *Eliae*, et 7 versuum, apprecationes, sigilla Jesus, Eliae, Salomonis, aliorumque Prophetarum.

361. Oratio contra *daemones* جن *Dschinn* dictos, alphabeta mystica, observationes astrologicae.

362. Apprecationes, traditiones, orationes variae.

363. Excantationes et vocationes عزايم dictae, quarum scientiam sub hoc nomine V. in synopsi encyclopedica *Hadschi Chalfae.*

364. اسماي حسني *Nomina Dei*, mane vespereque legenda, aliaeque preces matutinae ac vespertinae.

365. Oratione variae una cum commentariis de usu et utilitate earum.

366. Sura sexta Corani et aliae dein preces turcicae. 12.

367. Orationes variae ac formulae magicae هيكل dictae, quod est proprie nomen templi. 16.

368. Liber precum inter quas etiam دعاء مناسبات seu *supplicatio efficax* 16.

369. Sura VI. الانعام; Sura *expugnationis* الفتح ac aliae.

370. Surae variae ac officia pro defunctis quae دعاء ميت inscribuntur.

371. Sura VI. orationesque variae, inter quas oratio ad petendam prosperitatem دعاء دولت

372. Ultimae Surae Corani.

373. Sura VI. ac finales Corani, 100 nomina Dei totitemque Prophetae, apprecationes in *Mohammedem* ac familiam ejus.

374. Sura VI. sigilla Prophetarum explicata; de divinatione Corani *Fal* dicta.

375. Liber precum, inter quas oratio *Scheichi Wefa.*

376. Sura VI. poëma, aliaque.

377. Sigilla variorum Prophetarum, orationes variae.

378. Nomina Dei et orationes Turcicae.

379. Fragmenta diversarum Surarum.

380. Sura VI. aliaque negligenter conscripta.

381. Orationes variae una cum commentario earundem ut orationes تهليل جيل حفر dictae.

382. Sura XXXVI. una cum orationibus turcicis.

383. Fragmenta *Corani* nitido sed tenuissimo charactere 16.

384. Orationes variae, formulae magicae *pro equis* هيكل الفهد dictae.

385. Orationes in variis morbis pro remediis.

386. Sura VI. Orationes, corollaria, et coronaria تاج مرجان dictae. 16.
387. Sura VI. variaeque preces. 16.
388. Sura VI. orationes aprecationesque diversae. 16.
389. Liber similis donatoris nomine notandus; inscriptum enim est ei Bibliothecae Cesareae Regiae datum fuisse a *Petro Passemano* anno 1613, qui dein Archiepiscopus Strigonensis et R. Eclesiae Cardinalis anno 1634. 16.
390. Orationes variae ut قدح * عرش * مصطفي dictae, ciffrae mysticae, formulae superstitiosae.
391. Primae duae Surae *Corani* precesque diversae. 16.
392. Oratio نور lucis, quod est etiam nomen XXIV Surae Corani et de nomine maximo Dei اسم عظم 16.
393. Sura I et XXXVI. Diversa symbola magica, inter quae illud, quod frameis insculptum est, una cum delineatione frameae 16.
394. Libellus totus sigillis constans, quibus orationes ac formulae variae inscriptae sunt, tanquam si figurae circulari vis quaedam magica inesset 16.
395. Sura XXXVI orationes turcicae 16.
396. Traditiones fabulosae, orationes. 16.
397. Fragmenta Corani, orationes. 16.
398. Similis libellus in 16.
399. Orationes variae. Inscriptum est huic codici: *Pro memoria obsidionis Viennensis, in qua Wilibaldus Styrensis die noctuque vulneratos milites assistebat.*
400. Narrationes variae sigillaque explicata.
401. كشف الظنون عن اسامي كتب و الفنون *Explicationes nominum librorum et scientiarum.* Dictionarium bibliographicum celeberrimi *Hadschi Chalfae*, quem *Polyhistorum* Turcorum principem nominasse sat est; cum opus hoc utilissimum, et ad cognitionem litteraturae orientalis prorsus necessarium jam ex *Herbelotio* et ex synopsi encyclopedica (Encyclopedische Uebersicht der Wissenschaften des Orients) maxime innotuerit. Codex emendatus ac eleganter exaratus, longeque illis praeferendis, qui in Bibliotheca Lutensensi et Vaticana adservantur, quorum primus cum mendis scateat, non mirum tot versioni *Petitianae*, quae Lutetii habetur, *σφαλματα* inesse. Maximam hujus operis utilitatem quotidie experimur, et modo in conficiendo hoc catalogo experti sumus. Opus eximium ac omni laude extollendum, fons ex quo notitiae ad complendum apparatum Bibliothecae Orientalis expetendae sunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000046

*Quod felix faustumque sit, omen quod anno* 1812 *in praefatione Catalogi codicum praecedentium in Metallifodinis Orientalibus publici juris factorum, de reditu reliquorum praeceperam, post tres jam annos feliciter impletum est. Arabes, Persae, et Turcae Metanastae, qui anno* 1809 *vi armorum ac jure verrino direpti, ac sequenti anno (*1810*) ex parte solummodo restituti fuerant, anno* 1815 *Duce ipso Caesare Lutetia ad Lares patrios bibliothecae Palatinae remigrarunt; eorum hic indicem publicamus, ut inter Philologos Orientales doctrinae expugnatores inveniant, qui eos alio in sensu ex Orientis linguis in idioma Occidentis reddant Metanastas.*

## I. Scriptores de re graphica.

402. Exemplar calligraphicum ad pueros erudiendos propositum, cujus tenorem (etiamsi qualis sit parum referat) hic exponamus. Centuria nominum Dei ac Prophetae. Descriptiones personarum *Adami, Noe, Abrahami, Lothi, Isaaci, Ismaelis, Jacobi, Josephi, Davidis, Mosis, Aaronis, Jesu, Mohammedis, Ebubecri, Omari, Osmani* ac *Ali*; ubique litteris majusculis benedictiones subscriptae. 4[to.]

## II. Lexicographi.

403. لغات اختري Lexicon arabico-turcicum auctore *Achteri* fol.

404. Aliud exemplar ejusdem operis in 4[to.]

405. سبحهٔ صبيان *Rosarium puerorum*, glossarium persico-turcicum pro pueris.

406. Glossarium in voces obscuriores τȣ كلستان persico-turcicum.

407. a. مفتاح اللغة i. e. *Clavis vocis*, glossarium persico-turcicum; dein

b. صد كلمه i. e. *Centum voces* Ali arabice cum persica interpretatione auctore *Mohammed Ben Mohamed Ben Abdoldschelil Er-raschid Alkiatib.*

c. مفردات و مركبات Voces simplices et compositae arabicae in sermone persico passim usitatae.

408. لغات امير حسين اياسي *Lexicon* τȣ *Emir Hussein Ajassi*, persicum turcica lingua explicatum ex apographo Josephi Scaligeri descriptum, a Daniele Heinsio Gandavensi Tengnagelio communicatum ac ab illo auxiliante interprete aliquo, festinante calamo latine versum anno 1614. *folio.*

409. Sylloge miscellanea vocabulorum arabicorum, persicorum, turcicorum et armenicorum cum interpretatione latina; item Calendarium Sanctorum arabice a Tengnagelio ex codice palatino exscriptum. *folio.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000047

410. Similis sylloge ac praecedens, in $12^{mo}$, cui adjectum est Andreae Bellunensis glossarium nominum arabicorum ex Avicenna mere latinum, vocabulis arabicis juxta pronuntiationem praemissis.

## III. Grammatici ac Rhetores.

411. ابجد هوز Abecedarium arabicum pro erudiendis pueris in syllabizandis vocabulis.

412. فتح معطي الامنية بشرح الاجرومية *Apertura Largitoris securitatis in commentatione operis syntactici Edschrumije, auctore Ebibekr Ben Ismail Eschschenewani.* Est hic Commentarius epitome commentarii majoris ejusdem auctoris in idem opus, quod vide sub Nro. 39.

413. كتاب اوضح المسالك الي الفية ابن مالك *Liber semitarum lucidissimarum ad opus Elfie* i. e. *Millenarium τȣ Ibn Malek* auctore *Abdollah Ben Hescham Al-anssari En-nahwi* nato A. H. 708 (1308) Cairi et ibi defuncto A. H. 761 (3159) Opus *Elfie τȣ Ibn Malek* non minorem in Africa ac Hispania arabica famam obtinuit quam opus *Kafie τȣ Ibn Hadscheb* in orientalibus Islamismi regionibus. Ibn Hadscheb praeter opus syntacticum كافية *Kafie* composuit et aliud grammaticum *Schabijet* شافية in quod commentatus est *Ahmed Ben Hossein Al-dschasberdi.* Hujus commentarius sequitur priorem in hoc codice, qui totus manu mauritanica exaratus duos praestantissimos Commentatores syntaxeos ac grammatices arabicae continet; finitus in $4^{to.}$ anno H. 941 (1534)

414. شرح الاجرومية Commentarius in opus syntacticum *Edschrumije* (V. sub Nro. 39.) auctore Christiano qui nomen suum per modestiam reticuit, sed se Christianum esse per invocationem trinitatis profitetur. Codex diversicolori atramento eleganter exaratus manu *Stephani Legrand* Interpretis gallici Cairi A. Ch. 1752.

415. الوافية بشرح الكافية *Quod sufficit in commentatione operis Kafie.* In legione Commentatorum syntaxeos *τȣ Ibn Hadscheb* praefulget poeta persicus Monla *Dschami*, cujus opus sub titulo praefato in hoc codice continetur. Alii ejusdem operis Commentarii jam sub numeris 23 et 25 praecesserunt. Composuit illud pro Veziro *Ibrahimo Ben Baghrusch Bilka.*

416. فوايد وافية في حلّ مشكلات الكافية *Commoda sufficientia in solutione difficultatum operis Kafie*, Commentarius *τȣ Kafije* ab autore ipso pro filio suo Siaeddin Jussuf compositus.

417. حواشي في الفوايد الضيائية Notae marginales in Commentarium *τȣ Kafie* quem modo sub titulo *Commodorum sufficientium* recensuimus auctore

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000048
DFG

*Assameddin Ibrahim Ben Mohammed Ben Arabschah Al-isfaraini* demortuo anno A. 943. filio Historiographi celeberrimi Timuri.

418. شرح مراح Commentarius operis grammatici *Mirah* (quod vide sub Nro. 26) sine nomine auctoris.

419. خلاصة الاعراب *Nux inflexionis,* commentarius operis grammatici مراح (quod vide sub Nro. 26.) auctore *Hadsch Baba Ben Hadsch Ibrahim Ben Hadsch Abdolkerim Ben Osman.* Alium hujus operis grammatici Commentarium sub Nro. 33 et 38 recensuimus. 4to.

420. شرح انموزج Commentarius in epitomen syntaxeos *τȣ Samaschari,* auctore *Mohammed Ibn Abdol-ghani Erdebilensi.* Aliud hujus operis exemplar in codice Nro 39 continetur. Aliud *τȣ* Samaschari opus quod fusius pertractat Syntaxim vide sub Nro. 44.

421. بام لاعراف عن قواعد الاعراب *Adjumentum arabismi ex regulis inflexionis,* auctore *Dschemaleddin Ibn Hascham.* 8vo.

422. دقايق الحقايق *Argutiae veritatum* auctore *Ahmed f. Suleimani* sub nomine *Kemalpaschasade* celebris def. A. H. 940 (1533) idem opus sub Nro. 42 jam occurrit. Opera grammatica et syntactica hic et superius enumerata si conferas, omnia ibidem praecipua Gramaticorum Arabicorum opera hic adesse invenies, tam grammatices i. e. *τȣ Sarf* التصرف, quam syntaxeos i. e. *τȣ Nahw* النحو. Ex syntacticis: كافية *Kafiet τȣ* Ibn Hadscheb, الفية *Elfiet τȣ* Ibn Malek, انموزج *Enmuzedsch* et مفصل *Mofassal τȣ* Samahschari, ارشاد *Irschad τȣ Teftasani*; item tractatus de particulis nimirum ماية عوامل *Centum Regentes τȣ* Dschordschaini, اجرومية *Edschrumijet τȣ* Sanhadschi et مصباح *Missbah τȣ Al-Motarrasi. Ex grammaticis* totus cursus grammaticus qui consistit ex مراح *Mirah,* عزي *Isi,* مقصود *Makssud,* بنا *Bina,* الامثلة المطردة *El-emsiletol-motarradet,* الامثلة المختلفة *El-emsiletol-muchtelifet* et Abcedario ابجد *Ebsched* dicto. Ex his *Mirah, Isi, Makssud, Bina* et Magnum *Emsilet* in unum librum collecti anno elapso (Heg. 1233) ex typographia Constantinopolitana sub nomine صرف جملهسي i. e. *corpus Grammatices* prodierunt: liber elementaris utilissimus, qui aliorum codicum elementarium acquisitionem plane supervacaneam reddit, ac ideo Professoribus studiosisque linguae arabicae quam maxime commendandus.

## IV. Epistolographi.

423. منشيات رامي پاشا Collectio pretiosissima litterarum officii Veziri Ramipascha, durante biennio, quo Supremo Imperii munere fungebatur i. e. ab anno H. 1114 (1702) ad 1116 (1704) inclusive

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000049

ad Gubernatores Imperii, Ministros, Principes exteros etc. exaratarum; Scriptura non solum valde legibilis immo et elegans. 4^to. 556 pag.

424. منشيات ابراهيم بک الدفتري *Litterae Ibrahim Beg quaestoris*, filii *Chudawirdi* i. e. *Theodati*, qui tempore, quo ab Imperatore Suleimano in officio Curatoris aquaeductus *meccensis* constitutus erat, ex Archivis Cahirinis varia pro historia ottomanica maximi momenti diplomata ac documenta descripsit publicique juris fecit. Tales sunt litterae Sultanorum *Bajasedis* I. ad *Timurum* et *Chanum Tatarorum*; *Suleimani* ad *Schahum Ismaelem* et responsoriae ejusdem; Diplomata Vezirorum, Ducum, Gubernatorum, gratulatoriae de victoriis relatis, de ἁλώσει urbium, denique relationes judicum aliaque instrumenta juridica. 4^to

425. Collectio similis litterarum officiosarum ab Interprete gallico *Le Grand* manu eleganti conscriptarum, ex initio saeculi decimi octavi. Sunt plerumque credentiales et recredentiales legatorum gallicorum ottomanicorum et persicorum; litterae ad Schahum Persiae et Emirum Marocci, ὑπομνήματα (Mémoires) in negotiis variis a ministris gallicis ad portam relata, formulae relationum, cheirographorum etc. Accedit apologus ex fabulis τῷ Bidpai adscriptis, persice et turcice una cum versione et analysi latina.

426. انشا Formulae variae epistolarum.

## V. Medici, Philosophi, Physici, Mathematici.

427. جوامع المقالة الاولي من كتاب جالنوس في المعجونات *Collectanea libri primi Galeni de Antidotis.* Codex antiquissimus, 32 foliorum maximorum, continens excerpta *Joannis Grammatici Alexandrini* ex libris Galeni de theriaca et antidotis, quorum tenorem pro genio suo in tabulas redegit, et multa ex proprio commenta arabica adjecit, de quibus nullum in Galeni operibus vestigium reperimus; charactere diversicolori passim aureo exaratus variisque imaginibus distinctus, quarum primae sunt icones novem Medicorum Philosophorumque quibus compositio Theriacae, sub nomine *Andromachi* celeberrimae adscribitur Nimirum sunt: Andromachus, Heraclides, Phlagoras (?) Pythagoras, Marinus, Galenus, Pherecys (Pherecydes?) Magnes et alter Andromachus. Post recensitos horum annos vitae narratio incipit de inventione theriacae per Andromachum; sequuntur dein tabulae medicamentorum ex quibus Andromachus Theriacam composuit, quorum contra singula mala virtus per διαγραμματα oculis subjicitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000050

428. كتاب الثاني من قانون ابن سينا *Liber secundus Canonis Avicennae* in duos tractatus مقالات divisus, quorum prior agit de Canonibus universalibus, alter de medicaminibus particularibus, in areolas (لوح) ordine alphabetico distributus. Cum hic ordo diversus sit ab alphabeto latino, Medicis Philarabibus et seges aliqua comparandae versionis latinae cum textu arabico in hoc codice patet, qui caeterum in charta vili et marcida charactere mauritanico exaratus est, 160 foliorum majorum.

429. شرح اسباب و علامات Commentarius in opus *de Causis ac signis morborum* auctore *Nafis Ben Aus* medico. 8$^{vo}$. 373 pag.

430. كتاب تسهيل *Liber facilitationis*, compendium turcicum medicum, in tres libros divisum 1) de theoria ac praxi artis medicae 2) de medicamentis et sorbetis 3) de causis ac signis morborum. 8$^{vo}$.

431. تذكرة العجايب و ترجمة الغرايب *ὑπομνήματα Mirabilium* et *ἐξήγησις caritatum*, Epitome turcica ex celeberrimo τȣ *Kazwini* opere عجايب المخلوقات i. e. *Mirabilia Creaturarum.* Autor illud pro Sultano Murado III. composuit.

432. ذكر اقاليم ديار مصريه *Commemoratio climatum terrae Aegypti*, est translatio libri arabici, censum Aegypti sub Mameluccis continentis. Cum originalem arabicum codicem ex Aegypto redux anno 1802 primum in bibliotheca bodlejana invenissem totum Oxonii transcripsi, dein Clarissimo viro LB. Silvestro de Saci misi, qui eundem cum alio bibliothecae lutetianae collatum dein in *Abdollatifi memorabilibus* vulgavit, non sine mei mentione, qui primus hoc statistices aegyptiacae pretiossissimum documentum inveni ac gallice verti.

433. Tractatus geographicus persicus sine nomine auctoris in charta europea, a viatore ut videtur Germano exaratus, qui Isfahani commorans eum descripsisse videtur; ultima duo folia notas ex ejusdem ephemeridibus continent, ex quibus illum tempore Schah Abbasi Isfahani commoratum fuisse discimus, forsan Olearii autographum.

434. نهاية الطلب شرح المكتسب في ذراعة الذهب المسمي بسفر الكنوز و حلي الرموز *Scopus ultimus desiderii obtenti in segete aurea*, est Comentarius libri cui titulus: *codex thesaurorum et solutio secretorum* autore Imamo *Abi Abdollah Aidemir Dschildegi*; tomus primus, ab initio folia aliqua desunt.

435. Commentarius operis alchymici, quod item ab initio mancum est.

436. كتاب اسرار كشف في علم اسرة الكف *Secreta revelata in scientia Necromantiae* in 4 sectionibus omnes lineas manus artemque ex iis vaticinandi docet 8$^{vo}$.

437. Codex hic tres continet tractatus astronomicos.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000051

a. الاشكالات i. e. figurae autore *Achwein.* b. حاشية الطوالع Marginales notae in opus الطوالع *Ortus* Seid Issfahani. c. احاشيهء كوچك. e. marginales parvae in commentarium *Kotbeddin Schukrallah* operis *Schemsie.* $8^{vo.}$

438. Sylloge tractatuum variorum de virtutibus nominum Dei, de arte *bibliomantica* seu *Fal*, de cyclo tatarico duodecim annorum, ($4^{to.}$ 303 folior.)

439. Liber oneirocriticus turcicus sine titulo ac nomine autoris qui 68 capitibus (8 ultima desunt) omnia quae phantasia in somnis offerre potest objecta recenset ac explicat; accedit in fine tractatus bibliomanticus qui praecipuos 12 Surarum versus explicat, ut sensus eorum si somnianti aut librum acu mantica exploranti occurrunt omni ambiguitati exemptus sit.

440. مجمل الحكمة *Compendium Sapientiae.* Encyclopaedia philosophica ex arabico in persicum translata ac *Timuro* dedicata. Tractatus primus de *Arithmetica,* unus quinquaginta tractatuum, qui sub nomine *Fratrum puritatis ac Familiarium fidei* اخوان الصّفا و خلان الوفا in toto oriente claruerunt.

*Pars prima continet* 14 *tractatus. Tractatus secundus*, de Geometria; $3^{us}$ de Astronomia; $4^{us}$ de Musica; $5^{us}$ de figura terrae seu Geographia; $6^{us}$ de Analogia in Geometria; $7^{us}$ de philosophia practica; $8^{us}$de qualitatibus practicis; $9^{us}$ de differentia naturarum; $10^{us}$ de Εισαγωγῆ in Logicam; $11^{us}$ de categoriis (περὶ κατηγοριῶν); $12^{us}$ de Interpretatione (περὶ ἑρμηνείας) $13^{us}$ de Logica; $14^{us}$ de argumentis.

*Pars secunda sexdecim sectionum. Tractatus primus.* Physicae et quidem de materia ac forma; $2^{us}$ de coelo et mundo (περὶ ȣρανȣ) $3^{us}$ de generatione et corruptione (περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς); $4^{us}$ de Meteoris (περὶ μετεωρῶν); $5^{us}$ de metallis, de quibus etiam Aristoteles in $4^{to}$ l. de meteoris; $6^{us}$ de intelligentia in rebus naturalibus (ex tractatibus fratrum puritatis); $7^{us}$ de productione plantarum; $8^{us}$ de compositione hominis; $9^{us}$ de sensu et sensato; $10^{us}$ de loco quo cadit sperma; $11^{us}$ de homine Microcosmo, $12^{us}$ de dispersione animarum partialium, et de statu animae post mortem; $13^{us}$ de sensibus; $14^{us}$ de morte corporis; $15^{us}$ de tristitia et gaudio; $16^{us}$ de ignorantia et diversitate linguarum.

*Pars tertia, decem sectionum. Tractatus primus* de principiis rationis secundum Pythagoram; $2^{us}$ de principiis rationis; $3^{us}$ de mundo hominis interno; $4^{us}$ de rebus sub sensum cadentibus; $5^{us}$ de revolutione astrorum; $6^{us}$ de amore; $7^{us}$ de judicio et resurrectione; $8^{us}$ de

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000052

morte animae ac corporis; 9$^{us}$ de veritatibus cognoscendis; 10$^{us}$ de definitionibus simplicibus.

*Pars quarta, de sectis variis in decem sectiones divisa.* Opus hoc etiamsi compendium tantummodo ex operibus philosophicis majoris voluminis, totum tamen Philosophiae Arabicae, uti ex fontibus graecis ad Arabes demanavit conspectum in nuce praebet, ac ex eodem tenor complurium 50 tractatuum encyclopaedicorum a *fratribus puritatis* editorum eruendus est. Qui hoc opus una cum historia Philosophorum (V. Nro. 105.) auctore *Scheheristani* in linguam occidentalem verteret, magnum sane ad historiam Philosophiae arabicae incrementum adjiceret.

## VI. Canones Regnorum.

441. Canones Imperii ottomanici regnante Sultano Ahmed I. a quaestore *Aini* collecti; idem opus, cujus tenor jam supra sub numero 90. recensitus est, sed nonnisi liber primus 6 capitibus ac conclusione consistens. Accedit index donorum, quae anno 2003 (1594) cum Sultanus Mohamed II. thronum ascendisset ministris ac exercitui distributa fuere.

442. Collectanea canonum, diplomatum, assignationum, mandatorum ex archivis collectorum; opus pro statistica Imperii osmanici cognitione pretiosissimum, cum multifaria de tributis, feudis, haereditatibus, terris, aquis, cultura terrarum, segete, de decimis, vectigalibus etc. latas leges in originalibus Mandatorum Imperialium verbis contineat.

## VII. Historici.

### *Arabes.*

443. ad 451 inclus. تاريخ بن فرات Historia τῶ Ibn Forat novem tomi. Codex ut videtur autographus operis celeberrimi Historiographi bellorum Cruciatorum aliorumque a Saracenis gestorum. Ex hoc codice complura per Philologos orientales in *Mémoires de l'Egypte* per *Quatremere* et in *Histoire des Croisades* Michaudii per *Jourdanum* excerpta sunt. Opus cujus usus omnibus, qui aevi medii ac praecipue expeditionum cruce signatarum historiam persequuntur maximopere commendandus est, et non solummodo Epitomatorem immo translatorem meretur.

452. مختصر تاريخ طبري Epitome praestantissima operis historii classici τῶ *Tabari* sine nomine auctoris. Epitomator lectorem in praefatione docet se hoc opus ex originali τῶ Tabari historia, ex epitome τῶ

*Kemaleddin Aleremuni* aliisque compilasse ac incipiendo a nativitate Prophetae illud produxisse juxta ordinem chronologicum usque ad regnum Sultani *Melek Et-taher Rokneddin Bibars* def. A. H. 676. (1277); Codex 294 magnorum foliorum.

453. كتاب مختصر جامع التوارخ *Epitome Colligentis in Historia*, autore *Omar Ibn Al-Wardi*; comprehendit historiam ab anno H. 491. (1097) ad 940 (1543) ideoque omnem aevi epocham a prima Cruciatorum expeditione usque ad tempus reformationis; opus pro indagatione historiae medii aevi in Orientalibus terrae partibus maximi sane momenti. Fol.

454. التحفة السنية في اخبار الدولة الجركسية *Donum excelsum notitiarum dynastiae Circassiensis*, autore Imamo *Merii Al-hanbali*. Incipit igitur haec Dynastiae circassiensis in Aegypto historia a *Berkok Ben Auss* Turcomano, sed non amplius quem ad nepotem ejusdem i. e. tertium dynastiae principem procedit, qui decessit A. H. 801. (1399) Volumen in 4^to^ 412 pag.

455. كتاب الدر الثمين المنظوم *margaritarum pretiosarum*, autore *Ali ben David Aldschewheri*, de Aegypto, omnes Corani traditionumque locos in quibus de Aegypto mentio, item elogia Philosophorum Doctorumque de mirabilibus hujus regionis recensens, 20 capitum. Etiamsi nil haec epitome continere videatur, quod non jam in *Makrisi* aliisque Aegypti descriptionibus inveniatur, tamen ut *Vademecum* aegyptiacum viatoribus multum profutura esset.

456. اخبار الاول فيمن تصرف في مصر من ارباب الدول *Notitiae primae de dynastiis, quae Aegyptum possederunt*, autore *Abdol-Baki Mohammed Ibn Abdol-moti*. Historia compendiosa Aegypti a temporibus fabulosis usque ad annum H. 1031 (1621) regnante Sultano osmanico Mustafa II. 4^to^.

457. التحفة البهية في تملك ال عثمان لديار المصرية *Donum pretiosum historiae occupationis Aegypti per familiam ottomanicam* autore *Mohammed Ben Ebis-surur Es-sadiki*. Continet indicem Sultanorum, Vezirorum, judicum ottomanicorum a prima expugnatione usque ad A. H. 1033 (1623); accedit synopsis brevissima ex historia selecta تاريخ منتخب autore *Dervisch Ali* 4^to^.

458. مداولة الايام و مماثلة الاحلام *Revolutio dierum et assimilatio somniorum* autore *Ebitaher Ibrahim Ben Heibetollah Ben Al-moslem Ab-barizi*. nomenclatura principum omnium dynastiarum celeberrimarum. Codex perantiquus exaratus A. H. 759 (1357) 4^to^.

459. السكردان *vas Sachari*, auctore *Ibn Hodschla*, idem opus ac sub Nr. 120 ubi pro *Hodschla* per errorem typi est: *Hodscha*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000054

460. لطايف الافكار و كاشف الاسرار *Amoenitates idearum et revelator Secretorum*, historia compendiosa Aegypti in 5 capita digesta 1$^{um}$ de principiis disciplinae politicae 2$^{us}$ de Chalifis usque ad annum H. 935 (1528) 3$^{us}$ de ethica 4$^{us}$ de vitiis ac virtutibus 5$^{us}$ de mirabilibus mundi.

461. القرطاس Historia regum Mauritaniae ac Tingitanae vulgo *Elkartas* dicta, dynastias *Edrisidarum, Zenatarum*, *Morabitorum*, *Mowahadinorum* et *Merinidarum* complectens ab anno H. 172 (788) usque ad A. H. 720 (Ch. 1320), autore *Ebul-Hassan Ali Ben Abdollah Ebi Zerai* ex urbe Fess oriundo; charactere mauritanico exaratus codex anno H. 1198 (1783) tomus primus 4$^{to}$.

462. Operis ejusdem tomus secundus, utrunque procuravit ὁ *μακαρίτης* Dombay, qui ejusdem operis tranlationem meditatus, inter libros suos totum hoc opus autographum reliquit.

463. الانس الجليل في التاريخ القدس و الخليل *Amicus sublimis in Historia Hierosolymarum et Hebronis.* Historia valde aestimata autore judice *Medschireddin Ebiljumn Abdorrahman* m. 927 (1520) Plurima ex illo excerpta vide in tomo III. IV. et V. *fodinarum Orientalium.*

## *Persae.*

464. روضة الصفا *Hortus puritatis* i. e. Historia universalis celeberrima Mirchondi jam sub Nro. 112 recensita. Hoc est exemplar quod in hoc nostro Catalogo sub Nro. 113 a Lutetiis exspectari diximus certo certius tunc confisi hunc codicem, quem bibliotheca Regia multiplicem possidet per liberalitatem custodis Langlèsi restitutum iri. Alma haec spes autem et hodiedum nos adhuc falleret, nisi hic codex cum sesquicenturia aliorum duce ipso Caesare, Lutetias ingresso, bibliothecae Palatinae fuisset recuperatus. Tanto libentius eundem hic Catalogo inserimus, quod si in farragine codicum non descriptorum (*Manuscrits non catalogués*) Lutetiae sepultus fuisset existentia ejusdem ut tot aliorum per nullum catalogum publici juris factorum Orientales Philologos fugisset.

465. Alter tomus hujus operis continens IV. V et VI$^{am}$. partem hujus operis, cujus VII pars nullibi existit, cum auctor antequam operi suo ultimam manum adhibuisset, e vita exierit.

466. حبيب السير *Amicus historiarum*, autore *Chondemir* filio Mirchondi qui patrium opus in epitomam redegit, illudque usque ad an. 904 (1509) produxit, cum opus Mirchondi ad a. 870 (1475) constitisset. Unum volumen in folio.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000055

467. تاريخ وصّاف Historia *Wassafi* i. e. Encomiastae Sultani Abusaidi, Principis ex familia Dschengisidarum, defuncti an. 736 (1335) Opus celeberrimum minus ob tenorem historicum quam ob elegantiam styli, cujus difficultates per plures Commentatores ac Glossatores persicos resolvuntur. Glossarium praestantissimum turcicum hujus operis autore *Nasmisade* continet codex sequens,

468. qui una cum opere orginali, in 5 volumina diviso, manu perquam eleganti ac vere persica praestantissimi viri Valentini Hussar Caes. Reg. LL. OO. ad Portam ottomanicam Interpretis ac legationi a secretis exaratus bibliothecae Palatinae ab eodem in donum oblatus fuit.

*T u r c a e.*

469. تاريخ جنابي *Historia τȣ Dschenabi*, Historia universalis omnes post Prophetam dynastias islamiticas breviter recensens.

470. تاريخ عالي *Historia τȣ Ali*, celeberrimi Historiographi osmanici def. a. 1004 (1595); quarta solummodo pars operis كنه الاخبار i. e. *Cuniculus notitiarum*, comprehendens historiam dynastiae osmanicae ab initio imperii usque ad tempus auctoris deductam.

471. تاريخ نشانجي *Historia τȣ Nischandschi* i. e. Ministri a monogrammate Sultanico, qui illud mandatis ac diplomatibus praefigit. Triplex existit in Historicorum Ottomanicorum corpore *τȣ Nischardahi* historia: *magna*, quae oculis subjicitur, auctore *Dschelalsade*, quae regnum Suleimani magni, cujus tempore hoc officio functus est, comprehendit; *media* alius *Nischandschi Abdipascha* eventus ab A. H. 1059 (1649) ad A. H. 1093 (1683) continet; *parva* denique Epitome brevissima auctore *Ramasan*, qui praecipuos solummodo eventus perstringit. Omnes tres *Nischandschibaschi* seu *Protosphragistae* erant, sed cum primus et dignitate trium caudarum seu *Vezirii* vestitus esset a secundo qui serius in dignitatem Paschae evectus est, et a tertio per titulum *Nischandschipascha* abunde distinguitur, ut et opus ejusdem. stylo florenti ac versibus intermixtis aliis longe praecellit.

472. تاريخ صولاقزاده *Historia τȣ Solaksade*, opus historicum maximi inter historicos ottomanicos momenti, ab initio Imperii usque ad finem A. H. 1015 (1606) ideoque tres plane centurias amplectens. Tomus ingens, 362 foliorum maximorum scriptura valde legibili exaratus.

473. فذلكهء كاتب چلبي *Synopsis historica* celeberrimi Polyhistoris turcici *Katibtschelebi* vulgo *Hadschi Chalfa* dicti; incipit ab anno millesimo Heg. (1591) et pertingit usque ad A. H. 1065 (1654) ideoque maximam annalium osmanicorum *τȣ* Naima partem amplectitur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000056

nimirum ab initio tomi secundi *Naima*, qui prae caeteris Historiographis honore typi dignus aestimatus est, sane nil aliud quam apographus hujus historiae est, quae aliquot annis prius illo cessans merito styli succinctioris gaudet.

474. تاريخ هزارفن *Historia Husseini* sub nomine *Hezarfenn* i. e. *Myrihistoris* celebris, qui octo capitibus universalem omnium dynastiarum synopsin breviter digessit. Fol. idem ac sub Nro. 135 opus.

475. شمايل العثمانية *Collectanea osmanica*; sunt icones primorum duodecim Sultanorum, hoc est ab Osmano usque ad Muradum III. ex originalibus eorundem in Gazophylacio osmanico adservatis imaginibus depictae, ideoque prototypus tabularum zographicarum quas nuperrime *Young* Londini publici juris fecit, quarum executio (cum colores perperam impressi sint) elegantiae picturarum regnante Sultano Selimo a supremo aulae Interprete Londinum missarum minime respondet, fidelitas autem rei vestiariae omnino observata est. Textus succincti hujus translatio longe textui anglico minime exacto anteferenda fuisset.

476. حقايق الشقايف *Veritates Anemonum*, translatio biographiarum celeberrimorum Doctorum legis osmanicorum, quas arabice composuit Taschköprisade, turcice autem vertit, multisque additamentis auxit *Medschdi*, qui hoc opus perduxit usque ad annum 995 (1586)

477. تذكرة الشعرا ومشاعر الظرفا *Hypomnemata Poetarum et vatum ingeniosorum* autore *Aschiktschelebi*, omnium hujus generis operum aestimatissimum, ex quo et ex biographiis τȣ Latifi (V. sub Nro. 145) Clar. Chabertus biographias Poetarum turcicorum praelo vulgatas excerpsit fol.

478. تذكرة الشعرا *Hypomnemata Poetarum* autore *Latifi*, de quo sub Nro. 145 tantum fragmentum, hic autem totum opus calamo eleganti scriptum 4^to^.

479. فتحه يمن *Expugnatio Arabiae felicis*, autore ignoto, qui sub Selimo II. ipse in Arabia militans, praeliorum quae poetice versibus descripsit testis, opus suum qua *Fethname* seu *Schahname* i. e. librum *triumphalem* aut *regium* praedicat.

480. تواريخ ال عثمان *Liber historiarum osmanicarum* sine nomine auctoris, epitome Historiae ottomanicae ad annum 950 (1543) pertingens stylo rudi ac inepto 4^to^.

481. مناقب مولانا جلال الدين *Encomia τȣ Mewlana Dschelaleddin* i. e. Poetae, omnium Mysticorum maximi, cujus opera, *Mesnevi* nimirum et *Divan*, i. e poemata ethico-didactica et lyromystica in omnibus Der-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000057

vischorum et Sofiorum manibus versantur. Hic codex ab initio mancus in fine quinti solummodo capitis incipit, et in medio etiam complura desiderantur aut false ligata sunt. Rejectis fabulosis ejusdem commentis nihilominus multifariam materiam historicam continet. Conscriptus est pro Sultano Murad III. hujus nominis, qui ipse studiis mysticis magis quam negotiis regni deditus erat.

482. كلشن خلفا Rosetum Chalifarum autore *Nasmisade* (glossatore τȣ Wassaf) Constantinopoli typis vulgatum 8[vo].

## VIII. Rhetores, Ethici et Politici.

### *Arabes.*

483. سلوان المطاع في عدوان الاتباع *Recreatio obedientis in semita sequelae,* opus ethicum auctore Mohammed *Ebi Mohammed Ben Safer* in quinque silvas سلوانة divisum 1[a] de confidentia quae omnes res Deo tradit التفويض 2[a] de consolatione التاسّي 3[a] de patientia الصّبر 4[a] de resignatione الرّضي 5[a] de solitudine الزّهد. Codex vetustus utpote A.H. 654 (1256) exaratus sed scriptura distinctissima ac eleganti. 4[to]

484. In hoc codice quatuor opera rarissima continentur. a) الصادح الباغم والحازم والعازم و الناسك و الفاتك i. e. *Vocem nimium attollens ac deprimens, nimium cautus ac audax, nimium devotus ac incredulus*, opus a Casirio (primo vol. I. p. 138) recensitum autore *Seid Scherif Ebi Jali Ahmed Ben Mohammed B. Ahmed Alhobarije Al-haschemi*, disputatio inter hominem nimis alte ac nimis submisse loquentem (quae ambo dialogi vitia castigantur) insertis compluribus apologis metrice compositis. b) شرح مثلثات الامام قطرب *Commentarius Tertiarum Ibn Kotrobi Ibn Kotroob* tot quot litterae in alphabeto arabico sunt disticha bina scripsit in quibus tria vocabula, quarum consonantes eaedem sunt vocalibus diversis coonjungit Verbi gratia *Ghamr Ghimr Ghumr* غمر غمر odium غمر homo incognitus; *Selam*, *Silam*, *Sulam* سلام سلام سلام Salutatio, arena, vena in manu; *Kelam*, *Kilam*, *Kulam* كلام كلام كلام Verbum, mendax, terra crassa. In haec disticha commentati sunt *Mohammed Ben Ali Ben Serif*, item Grammaticus celeberrimus *Sachawi* et *Seadeddin Al-baresi*, quos tres harum *Tertiarum* (*terzine*) Commentatores, pretiosum hoc opusculum complectitur. Magni sane usus non solummodo pro pueris sed pro omnibus Philarabibus, qui usitatissimas voces, quae eodem plane modo scribuntur sed longe diverse pronunciantur hic versibus collectas inveniunt ut eo facilius memoriae mandari possint. c) عدة التلفظ في نظم كفاية المتحفظ i. e. *Columen pronuntiantis in eo quod sufficit memoranti* i. e. Synonyma praecipua

titulo linguae arabicae ac facilitandam eorundem memoriam versibus disposita autore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abdollah Ben Ebibekr Ben Mohammed Et-tabari* 4$^{to}$. d) سرالاسرار لتاسيس السياسة و ترتيب احوال الرياسة للمعلم ارسطاطاليس *Secretum secretorum ad confirmandam disciplinam et ordinandum statum politicum Magistro Aristotele, interprete Joanne filio Patricii medico.* Spes, quam titulus tanto hiatu promisit, hic opus aliquod anecdoton Aristotelis inveniendi, lectorem brevi destituit, cum mera commenta arabica sint, quae ex aliis operibus arabicis desumta in fabulosam aliquam ex graeco translationem concinnata sunt. Autor narrat se opus originale in templo Aesculapii invenisse, inde in latinum et ex latino idiomate in graecum transtulisse. Etiamsi totum hoc falsum censeamus, complura tamen familiaritatem cum scriptis aristotelicis omnis generis redolent, ideoque forsan quondam excerpta aliqua in *Orientis fodinis* merentur. Totus medii voluminis liber in decem tractatus divisus est, redeunte semper Apostropha ad Alexandrum filium Philippi. *Tractatus* المقالة *primus* de diversis regnorum generibus 2$^{us}$ de regno ac ejusdem figura 3$^{us}$ de anni quatuor temporibus, de nutrimentis, de aquis, de vino, de balneo, de melle aliisque medicamentis, de arte physiognomica; 4$^{us}$ de ministris (Veziris) eorum numero (Pentas ut sensus) ac disciplina eorundem 5$^{us}$ de documentis sigillo munitis (السجلات) 6$^{us}$ de legatis 7$^{us}$ de inspectoribus subditorum seu gubernatoribus 8$^{us}$ de ducibus et consiliariis (قواده و الاشاوره) 9$^{us}$ de Strategia 10$^{us}$ de Scientiis secretis ac talismanis.

485. شرح مقامات حريري Commentarius in consessus *Haririi* autore *Abulabbas Ahmed Ben Abdol-mumin Ben Mussa, Ben Issa, Ben Abdolmumin, Al-Kaissi, Esch-scherissi* diversus ab illo sub Nro. 148 recensito.

486. كتاب كليلة دمنة *Liber Colailat et Dimnet*, seu arabica fabularum celeberrimarum Bidpaji translatio in versus redacta per Ibn-Al-Hassan Ben Al-hossein Ben Al-hassan. Hoc est opus cujus cl. LB. Silvester de Sacy in sua de auctore harum fabularum dissertatione repetitam mentionem facit. Codex perantiquus sed bene conservatus exaratus anno H. 702 (1302).

487. منتخب مشارق *Selectio ex orientibus*, probabilius ex opere *Mescharik* quod est sylloge sententiarum ethicarum 8$^{vo}$.

488. انوار سهيلي Lumina Canopi, idem ac sub Nro. 161 opus.

*Turcae.*

439. هايون نامه Liber Augustus idem ac in Nro. 165 opus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000059

490. مواهب الخلّاق في مراتب الاخلاق *Dona Creatoris in gradibus morum* autore Mustapha Ben Dschelal *Tewkii* sive *Nischandschisade* Historiographo celeberrimo.

491. كزيده عاشقان *Selectio Amantium* liber ethicus turcicus in 46 capita divisus.

492. خزانة الانوار *Thesaurus luminum*, liber asceticus de vera Dei cognitione.

493. كنز الحقايق وكشف الدقايق *Thesaurus veritatum et revelatio argutiarum* liber mysticus autore *Scheich Mohammed Ain-ol-Kassab* in turcicum idioma translatum autore eodem qui مختارنامه τȣ Scheichi Attari transtulit pro Sultano Selimo II. b) Adligatus est alius codex maximi inter Mystagogas valoris مقصد الاقصا i. e. *Ultimus scopus* autore *Mohammed En-nessefi.* c) بشارتنامه *Laetus nuntius* seu evangelion, tractatus item ethicus versibus conscriptus.

494. كتاب تسوية التوجه الي الرحمن *Liber compositus de conversione vultus erga Deum*, per Interpretem *Murad* interpretem aulae ottomanicae, adjecta latina ejusdem tralatione, codex autographus ut videtur ejusdem Interpretis. Opera tria in codice praecedente contenta, una cum tribus praecedentibus ac hoc ultimo vere pleiadem mysticam constituunt.

## IX. Historiae Fabulosae.

### *Arabes.*

495. حكايت تودد Historia ancillae Teweddud ex 1001 nocte.

496. Historia fabulosa equestris ex tempore antiquorum Persiae regum 4to.

### *Persae.*

497. حكايت موش صوفي و كربه طالب علم *Historia muris Sophi et felis studiosi*, quae ambo semitam perfectionis spiritualis ingrediuntur, variosque Apologos afferunt. Accedit Historia τȣ *Bediol-dschemal* ex fabulis 1001 noctium.

### *Turcae.*

498. قصّة ابو مسلم *Historia Abu Moslemi*, volumen ingens folio maximo, *Historia Abu Moslemi* herois illius, qui Ommiadarum dynastiam praecipitem egit ac familiam Abbassidarum in solium Chalifatus evexit. Facta hujus *Abumoslemi* eodem modo fabuloso ac facta των *Hamza* et *Antar* equitum praestantissimorum celebrantur.

499. حكايات دلي برادر Historia *Deliburader* liber sotadicus famosissimus ac in ipsa Turcia infamis, qui varia coitus inter homines animaliaque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000060

specimina perlustrat. Sex capitibus ac conclusione constato in fine, aliqua folia desunt.

## X. Poetae.

### Lyrici.

### *Arabes.*

500. الكواكب الدرية *Planetae splendescentes.* Exemplar splendidissimum celeberrimi Panegyrici in Prophetam *Borda* dicti, litteris maximis deauratis exaratum cum interlineari paraphrasi iu qua singuli versus originalis in ternos alios diducuntur. Versus originales autem alterne mox litteris majusculis deauratis mox minoribus rubris exarati sunt. *Fol. max.*

501. ديوان علي باشا Sylloge lyrica τῶ Alipascha filii Efrasiabi, filii Ahmed f. Husseini, f. Faruhschad. f. Efrasiabi f. Senadesti Bassrensis, collecta per Abdol-Ali Ibn Nassir Alhowaism, 7 sectionibus. *Sectio prima*: Elegiae et fragmenta disticha القصايد القطعات; *sectio secunda*: Cantilenae المواليات الدوبيت binis distichis constantes quae vulgo gratia *Kodzakia* dicuntur; *sectio tertia*: Odae غزليات; *sectio quarta*: Chronographa تواريخ; *sectio quinta*: Quadrusticha الرباعيات; *sectio sexta*: quaestiones variae scientificae; *sectio septima*: tractatus manticus persicus de vaticinando ex libris genere.

502. ديوان العزي Sylloga lyrica Poetae celebris *Asi*; initium deest, codex exaratus A. H. 1080 (1669).

503. ديوان الصفدي Sylloge lyrica poetae Chalil Ebik Ben Abdollah Essafedi. Codex vetustus sed optime conservatus scriptus est A. H. 752 (1351).

504. سلاف الانشا *Elegantiae styli*, sylloge poetica et prosaica auctore Abdol-baki Ben Mohammed Al-ishaki 4to.

505. ديوان ابن الفارض Sylloge celeberrimi Poetae *Omar filii Al-fares.* Editor hujus collectionis multa ad historiam horum poematum pertinentia ex ore autoris, ac filii ejusdem aliorumque collegit, quae collectioni in forma discursus praeliminaris praemisit 8vo.

506. مجموع حكم و امثال و مواعظ و الغاز و اشعار *Collectio sententiarum, proverbiorum, monitorum, aenigmatum, poematum* auctore *Sejuti.*

507. Epistola poetica ab Imperatore byzantino ad Califam *Almoti lillah* missa, una cum epistola poetica responsoria ejusdem Califae per Poetam *Imam Alschaschi* composita. Parvus hic codex ob raritatem pretiosissimus exaratus fuit Alexandriae A. H. 497 (1103).

508. الف جاريه و جارية *Mille puellae et puella*, autore *Ibn Scherif Ali Ben Mohammed Ben Er-risa Ben Mohammed Alhosseini* Defterdaro men-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000061

sae Sultani Aegyptiaci. Docet lectorem se hunc librum composuisse in imitationem libri الف غلام و غلام i. e. *Mille pueri et puer.* Continet descriptionem poeticam leporum, elegantiarum, argutiarum, venustatum, deliciarum voluptatumque mille et unius puellae, quarum quaelibet tribus versibus absolvitur. Descriptiones in octo capita divisae sunt, nimirum: *Cap.* 1. juxta attributa et indolem 250 puellae. *Cap.* 2. juxta rem vestiariam 50 puellae. *Cap.* 3. juxta nomina earundem 100 puellae. *Cap.* 4. juxta conditionem parentum 100 puellae. *Cap.* 5. juxta religiones earundem 100 puellae. *Cap.* 6 juxta nationes 201 puellae. *Cap.* 7. juxta artes quas callent 50 puellae. *Cap.* 8 juxta varias situationes in quibus cernuntur, 150 puellae. Codex vetustissimus sed sine anno quo exaratus fuit. Hae duo puerorum puellarumque descriptiones una cum *elogiis* vini (sub Nro. 149) complurima epigrammata continent, anthologia graeca profecto haud indigna.

509. ديوان نيقولا الراهب *Sylloge lyrica* Nicolai Monachi, qui hoc opus edidit Anno 1731, mere ethica ac christiana. 8^vo^

510. تذكرة فرحان الراهب Hypomnemata poetica Monachi *Ferhan* Maronitae edita A. Ch. 1747 ut praecedens, theologica ac moralia Christiana 8^vo^.

*Persae.*

511. ديوان شاه رياضي *Sylloge lyrica* Poetae *Riasi* Principis genere 8^vo^.

512. ديوان كاتبي *Sylloge lyrica* Poetae *Kiatibi* 12^mo^

513. ديوان شاهي و هلالي *Sylloge lyrica* Poetarum *Schahi et Hilali* 12^mo^

514. ديوان فيصي *Sylloge lyrica* poetae *Feisi*, non totus ejusdem *Divanus sed tantum excerpta* 12^mo^.

*Turcae.*

515. تفولات حافظ Liber de arte vaticinandi ex *Hafisi Divano* (de qua vide Revizkii specimen et translationem germanicam Hafisi p. XXIII.) liber meras nugas, fabulas ac superstitiosa de hac vaticinandi arte commenta continens.

516. ديوان مصري Sylloge odarum spiritualium Poetae turcici, de quo plura in appendice Historiae ottomanicae autore de *La Croix* a Schulzio translata.

517. مجموعه Collectanea poematum ex optimis auctoribus persicis turcicisque excerptorum 4^to^.

## Epici ac Eromantiaci.

*Persae.*

518. شهنشاه نامه *Liber Regis Regum* in imitationem celeberrimi *Schahname* seu *libri Regis* dicti a Poeta laureato persico hodierno *Feth Ali Chan* qui quoniam Princeps poetarum sui aevi esset revera Princeps cum

*Chani* creatus officio antiquo τϐ ملك الشعرا i. e. Regis Poetarum in aula Regis Feth Ali Schah fungitur. Hic facta nobilia regni Feth Ali Schahi canens poema epico historicum non minus triginta trium millium distichorum seu sexaginta sex millium versuum in laudem Schahi concinnavit; hoc exemplar per Oratorem Abul Hassan Chan a Schaho muneris instar oblatum minus splendoris ac venustatis habet quam in tali opere tali occasione oblato expectare fas erat.

*Turcae.*

519. شاهنامهنك جلد ثانيسي Tomus secundus translationis turcicae τϐ Schahname poematis epici persici lippis tonsoribusque noti.

520. يوسف و زليخا *Josephus et Suleicha*, opus idem quod sub Nro 212.

521. شاه وكدا *Rex et mendicus*, idem ac sub Nro. 14.

## Mystici.

*Persae.*

Hic inprimis *Divani* τϐ Dschelaleddini ex quo, et ex breviario Dervischorum amplissima in *historia* nostra *poeseos persicae* specimina dedimus, commemorare fas est, cum elegantissimum ejusdem exemplar ab Interprete Caes. R. V. Hussar pro Bibliotheca Caesareo-Regia exaratum in privato Musarum Larario Augustissimi Imperatoris adservetur. Hos duos codices cum ocyus serius ex privato Augustissimi librorum scrinio ut *Schehinschahname* praefatum in Bibliothecam Palatinam migraturos esse auspicari liceat, hic eosdem interdum numeris vacantibus 522 et 523 adnotemus.

524. حديقة سنان *Hortus* Poetae mystici *Sinan*, opus celerrimum (V. *Historiam poeseos persicae*) Choragetae Poetarum mysticorum persicorum, quem *Attar* et *Dschelaleddin* secuti sunt, ac post se reliquerunt; exemplar splendidissimum 36 aureis tempum, picturis exornatum, calamo *Taalik* gratiosissimo exaratum. Poetae mystici *Sinan*, *Attar*, *Dschelaleddin*, autor τϐ *Gulschenras*, *Kemali*, *Gasali*, *Hilali*, (quorum opera varia v. sub numeris 198, 219, 236, 237, 242, 519, 520). Coriphaei τῶν Φασόφων modernorum censentur.

525. منطق الطير *Discursus avium* Scheichi *Attari*, cujus profundissimum sensum nuperrime in *historia poeseos persicae* primi indagavimus.

526. بوستان العاشقين *Hortus amantium*, autore Poeta *Hilali* tenoris mystici.

527. ديوان شفايي Continet hic codex Syllogen lyricam poetae persici *Schifaji* et b) مرغوب القلوب *Desideratum cordum* tractatus mysticus ce-

leberrimi Scheichi *Tebrisi* Magistri ac Hodegetae Poetae *Dschelaleddini* in tramite ascetico.

528. Continet hic codex: a) glossariolum arabico persicum-autore Abdol-hamid Ben Abdor-rahman Angorensi. b) tractatum persicum. de amore divino. c) tres tractatus asceticos persicos.

529. شرح بوستان لسروري Commentarius turc. rosarii τȣ *Saadi*, autore *Sururi*.

530. Commentarius ejusdem operis, autore *Schemi*; quem studiosus Philopersa conferat cum ejusdem operis commentario autore *Sudi* sub Nro. 229.

531. شرح بهارستان للشمعي Commentarius turcicus, autore *Schemi* in *Beharistan* seu *Vernum tempus* τȣ Dschami.

532. Commentarius turcicus in *Bostan*, autore manu deterrima europaea ut videtur exaratus.

533. كتاب نگارستان در تتبع گلستان و بهارستان *Liber* Ποικίλη in imitationem *Rosarii* (τȣ Saadi) ac *Verni temporis* (τȣ *Dschami*), compositus a *Kemalpaschasade* celeberrimo sapiente turco, qui et in Historia et in Jurisprudentia clarum nomen adeptus est. In hoc libro in imitationem operum praefatorum scripto, fabulis ac apologis sententiae ac versus interspersi sunt, uti in excerptis quae Ill^mus ac Mendicantium Medicantissimus comes Carolus ab Harrach in *Metallifodinarum* tom. IV^to inde depromsit, videre licet.

534. پندنامه عطار *Liber consilii* Scheichi Attari (autoris τȣ *Mesnevi* et *substantiae essentiae* v. N. 219 et 237) liber ethicus monita ad filium continens. Textum persicum edidit Philologorum Orientalium in India decus Clariss^mus *Gladwin*, et translationem gallicam Philologorum orientalium in tota Europa praesidium, amicus noster L. B. de Sacy in *metallifodinarum* tomo secundo publici juris fecit.

## XI. Scriptores de scientia legis i. e. Theologi et Jurisperiti.

535. الهداية i. e. *directio in veram viam*, opus celeberrimum in legem islamiticam auctore *Burhaneddin Ali Ibn Ebibekr*. m. 593 (1196) tomus primus. 4^to.

136. Ejusdem operis tomus secundus. Hunc codicem pervetustum utique anno H. 738 (1337) exaratum redux Constantinopoli cum Joanne Szomowski legato polonico ad Portam ottomanicam extraordinario attulit P. Theophilus Rutka ex S. J. Academiaeque Leopolitanae et obtulit nomine Alberti Bobovii Leopolitani Renegati, inter Turcas sub nomine *Alibeg* cogniti, qui etiamsi Leopolim redire atque ibi professorem LL. OO. agere decreverat, tamen amoenitate Constan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000064

tinopoleos captus reditum in patriam distulit ac quin rediret morte uti videtur praeventus est. Haec duorum horum voluminum incendio Constantinopolitano A. 1660 ereptorum fata ipsius Bobovii manu ad secundi tomi finem descripta sunt.

537 شرح الكبير Commentarius in opus *Seirol-Kebir* i. e. in opus de rebus bellicis Islamiticis juxta morem traditionemque Prophetae instructorum. Vox سير multiplicis significationis vulgo pro *ambulatione*, passim etiam pro *gestis vitae* usitatur, ita ut libri السيرة inscripti, inter historias fabulosas expeditionum equestrium reenseri debeant. In hunc sensum detorserunt Recentiores το سير i. e. *vitam militarem* Prophetae, cujus dicta factaque codicem *vitae militaris islamiticae* constituunt non confundendum cum codice του جهاد i. e. belli sacri contra infideles, quod omnibus Moslimis incumbit.

Auctor hujus Commentarii celeberrimus *Imam Ebubekr Mohammed Ben Amed Ben Soheil Es-sarachossi*, i. e. ex Saragossa orientali oriundus, in decem partes eundem divisit.

| | | |
|---|---|---|
| Pars $1^{a}$ de imperio الامارة | 36 | capitum. |
| — $2^{da}$ de induciis الامان | 25 | capitum. |
| — $3^{ia}$ de manubriis الانفال | 28 | capitum. |
| — $4^{ta}$ de divisione praedae قسمة الصاب | 34 | capitum, |
| — $5^{ta}$ de victimis devotis الفدا | 9 | capitum. |
| — $6^{ta}$ de iis contra quae pugna abstinetur الكراهة | 14 | capitum. |
| — $7^{ma}$ de Sacrificio المفاده | 4 | capitum. |
| — $8^{va}$ de vadimonio الموادعة | 16 | capitum. |
| — $9^{a}$ de Renegatis المرتد | 10 | capitum. |
| — $10^{ma}$ Miscellanea الابواب المتفرقه | 31 | capitum. |
| | 127 | capitum. |

538. فتاوي علي افندي *Sylloge decretorum legalium Fetwa dictorum*, juxta ordinem capitum juris islamitici digestorum autore *Ali Efendi*. Codex exaratus A. H. 1104 (1692).

539. كتاب فتاوي ابن البزازي *Liber decretorum* auctore Mohammed Ben Mohammed Al-Kerderi sub nomine *Al-besassi* celeberrimi, *folio*.

540. مسايل قاضي خان *Quaestiones legales* autore *Kasichan* Juris consulto celeberrimo osmanico, sed prima solummodo pars exarata anno 919 (1513) $8^{vo}$.

541. المسلك المتقسط في المنسك المتوسط *Semita bene distributa in peregrinatione media* autore *Ali Ben Sultan Mohammed* lectore; est Commentarius in opus مناسك الحج i. e. *officia peregrinationis meccanae* autore Es-sindi. Qui haec officia penitus sibi familiaria reddere vult Studiosus,

conferat cum hoc opere tractatum Nro. 34 adligatum et librum ejusdem tituli qui nuperrime e prelo Chrysopolitano prodiit.

542. Codex initio et fine mancus de lege islamitica juxta consuetam corporis juris moslemitici divisionem a libro peregrinationis usque ad librum divisionis praedae.

543. Collectanea varia sine titulo de traditione et exegesi islamitica 8vo.

544. رسالة في الرد علي النصاري Tractatus in refutationem Nasareorum (Christianorum) conscriptus a Renegato quodam Monacho Josepho ex monte *Libano*, qui ut sodales suos priores certiores redderet se non lucri terrestris caussa sed ex intima convictione praestantiae religionis mohammedanicae christianam cum Islamismo commutasse, hunc libellum arabice jam anno H. 623 (1226) quo etiam hic liber exaratus est, composuit. Mirum sane quod eodem tempore quo Europaei cruce signati religionem christianam sanguine suo defendebant, Monachus in infidelium castra transfuga Christianismum armis ex ipso Evangelio desumptis confodere conatus fuerit.

545. Codex antiquissimus arabicus Evangeliorum una cum notis et lectionibus ex textu Aegyptiaco, Syriaco, et Graeco, magni pretii ac momenti, ex libris Tengnagelii, Burani Sygambri, decem aureis emptus ab eoque Caes. Reg. Bibliotheae legatus. 211 foliorum quorum finis mancus, cum post quatuor Evangelia et actus secunda solummodo Pauli ad Corinthios epistola nec ea integra adsit.

546. Translatio persica Psalterii Davidis novique testamenti diversa ab omnibus hucusque cognitis, nimirum *Waltoniana*, *Whelockiana*, *Martyniana* ac judicio nostro illis, cum proxime textui graeco adhaereat, anteferenda. Caeterum cum nulla hucusque psalterii persica translatio innotuerit, eo magis hunc codicem omnibus *Bibliophilis* ac βιβλιομανεσι carum esse oportet. Versio anno Ch. 1616 (H. 1025) a Patre quodam Missionario pro Nabobi cujusdam (proceris indici aut gallici) jussu, cum ex Georgia redux fuerit, pro Rege (Ludov. XIV.) confecta est.

Raritatis caussa primum hic psalmum Evangeliique Mathaei secundum caput hic excribamus.

خوشا مردي آنچه نرفت بشورت ظلاميان • و راه كناه كاران نه ايستاد و به نشستن قماربازان نه نشست • كه الّا به امر و نهي رب مراد او • و به امر و نهي او در پس كند روزان و شبان • باشد چون درخت نشانده در خوي اب • انچه ميوهٔ او بدهد بوقت او • و برك او نريزد • جمله انچه او بكند فيروز آيد • نه همچند ظلامان نه همچنين • كه الّا چون كرد آنچه نابود كند اورا باد از سبب اين نه برخيزند ظلامان بشر رويت و كنه كاران به جماعت صالحان كه ميداند رب راه صالحان وراه ظلاميان كم شود •

در ان روزکار امد یوحنا معتمد اواز میداد در خرابه یهود و میکفت توبه کنید که ملکوت اسماني نزدیک امده است این است انکه کفته شده است در زبان ایشعیا پیغمبر که میکفت اوازي بانک کنده در بیابان چکل ساخته کنید راه خداوندرا و اسان کنید هنجار او اما یوحنارا پوشش از پشم اشتران بود و میان او بسته بود از پوست و زنار ادیم داشت خورش او بود ملخ و انکبین بیابان آن هنکام بیرون مي امدند از پي او خلق اورشلیم و جمله ولایت یهودا هر چه کرداکرد اردن بود واز و عماد میکرفتند و درو خانه اردن و بکناهان خود اعتراف میکردند جون دید که بسیاران از معتزله و زنادقه مي آیند بعماداي او کفت با ایشان ان فرزندان مار افعي که نمود شمارا راه کریختن از خشم آینده میوه دهید اکنون میوها که شایسته باشد بتوبه و کمان مبرید اندرون خود و میکویید که پدر داریم ابراهیمرا بدرستي میکویم بشما خداي تعالـــــــــي توانی دارد که از این سنکها پسران بدید آرد براي ابراهیم اینك نهاده شد تبر بر نهج درختان هر درختي که نیاورد میوهٔ نیک بریده شود و در اتش انداخته کرد من شمارا اعتماد میکنم پاک باب براي توبه و انکه مي آید پس از من او کرامتي‌ترست از من او انست که من شایسته ان نیستم که بکشادم موزهٔ اورا او عماد کند شمارا بجان پاک و باتش انکه پارو درست دارد و پاک میکند خرمنهاي خود وکرد کند کندمرا در خود خود و بسوزاند کاهرا باتشي که نمیرد انزمان امد یشوع از خلیل سوي اردن پیش یوحنا تا از و عمادا کیرد و اما یوحنا بکیا باز میداشت اورا کفت من محتاجم که از تو عماد کیرد و تو نیز و من امدي جواب داد یشوع وکفت که اکنون بکذرا که وچنین واجب باشد باهه دادکري‌را بکمال رسانیم انکاه رها کردش و چون یشوع عماد کرفت بیرون امد از اب و اینک کشاده شدند براي او اسمان و دیده شد جان خداي فرود آنیده همچون کبوتر و آینده بالاي او دران دم اوازي از اسمان میکفت اینست پسر دوست درشته من که بر و خشنودم

Nota hic in persica translatione pro spiritu جان adhiberi, quod et *Spiritum* et *animam* significat, qui apud Arabes per نفس et روح distinguuntur. *Anima* autem etiam tertia trinitatis platonicae persona est, quae ex Αγαθῷ Νῷ et ψύχῃ constat. Martyn arabicum روح introduxit ac pro voce پسر magis quidem propriam فرزند adhibuit, caetera autem omnia deterius; sic βασιλεια των ȣρανων recte hic ملکوت اسمان, Martyn perperam مملکت i. e. *regio* et non *regnum*. Noster vocem persicam پیغمبر Martyn arab. رسول pro προφητη, item arab. طرایق pro τριβω quod in nostro mere persice هنجار; τροφη noster خورش M. خوراک vulgare quod nec in omnibus Dictionariis invenitur. Φαρισαιοι και Σαδδυκαιοι apud nostrum المعتزله و الزنادقه apud Mart. graeca vocabula persicis litteris transcripta; prima omnibus Arabibus Persis et Turcis ex ipsis eorum Historicis, ultima nemini cognita, γεννηματα εχιδνων rectius noster فرزندان مار افعي quam اژدرزادها quod γεννηματα δρακοντων et non εχιδνων. *Fructus* noster persice میوه M. arab ثمرات. Μη δοξητε noster recte ac concine کمان نبرید M. paraphrastice در دلهاي خود اندیشه مکنید *i. e. in cordibus propriis non cogitetis.* Εγω μεν βαπτιζω υμας noster recte من شمارا اعتماد میکنم M. circum loquens من شمارا غسل میدهم Ego vobis lotionem do. υποδηματα recte موزه et non نعلین quae sunt *soleae*; sic πτυον recte پارو et non طبق; και διακαθαιρει την αλωνα و پاک میکند خرمنهاي خود Hic Martyniana translatio *fontem paradi-*

ſi mohammedanicum *Selſebil* introducit خودرا بر سلیسبیل کمال پـاک خواهند نمود و خـرمـن گاه et triticum ſuum purius *Selſebilo* oſtendet. Quale eſt hoc *Evangelii* cum *Corano* foedus per Metaphraſten aut typographum, aut inſcitia aut adulteratione ictum! πυρ ασβεςον brevius اتشي کـه نميرد i. e. ignis qui non morietur, quam اتش کـه اطفا پذیر نبود i. e. ignis qui extinctionem non recipit, ubi اطفا iterum vox arabica. διεκωλυεν recte perſ. بازداشت M. arab. ممانعت کرد; δικαιοσυνη noſter perſice دادکري M. arab. عدالت ευθυς a M. arab, بي تـامـل quod perſice بيدرنگ ſonaret a noſtro omiſſum, ανεωχθησαν ȣρανοι *aperti erant coeli* a noſtro per کشاده i. e. *aperti* a M. per شکافته i. e. *ſciſſi* redditur. επ'αυτον Spiritus in forma columbae *ſupra eum*, bene بالاي او quod M. بـر وي حـلـول ميکند i. e. in ipſum transfigurata fuit, nam حـلـول omnino transfigurationem, aut metamorphoſin ſignificat. Talem ſcripturarum tranſlationem a *Moslemis* utique, cum doctrinae eorum per fontem *Paradiſi* et της *Hulul* doctrinam, quam de 12 Imamis docent, conſentanea ſit, omnibus laudibus cumulatam fuiſſe ſane nihil mirandum ſed ſeveriſſimum omnium Chriſtianorum vituperium meretur. Ideoque non dubitamus hanc tranſlationem perſicam, quae potius metaphraſis quam genuina tranſlatio eſt a Societate pro progagandis *Bibliis* ſuppreſſum aut ſaltem in altera editione correctum iri.

## XII. Collectanea.

547. Non minus ſexdecim tractatus hic codex continet et quidem. 1) الامثلة مختلفة tabulas formarum verbi arabici. 2) نوادر ويسي افـنـدي Raritates τȣ Weiſſi Efendi Sultano Ahmedi III^{io} oblatas. 3) الـبـدور السافرة فيمن ولي القاهرة *Plenae lunae pergentes eorum qui imperarunt Cahirae* auctore *Nureddin Mohammed Al-munhadſchi*, elenchus hiſtoricus verſibus conſcriptus. 4) كتاب الـسـلاح و العـده *Liber armorum* autore Abdol-Kadir Ben Ahmed Ben Mohammed Ben Feredſch Schafiita. 5) Aliquot folia των Moallakat una cum Commentario. 6) لغة ابن فرشته Gloſſariolum arabico turcicum τȣ Ibn Feriſchte. 7) Aliquot elegiae Poetarum perſicorum *Urfi* et *Feiſi.* 8) Anecdota, lepores, facetiaeque. 9) جواهر الاقتباس في علم الجناس *Gemmae acquiſitionis in arte allitterationis* autore *Abdol-aſis Ed-dirini.* 10) Quinque elegiae قصايد autore *Fachreddin Ibn Mokanis.* 11) Commentarius elegiae celebris Poetae *Ebi Berekiat Et-tantarani* et elegiae Avicennae autore *Ibn Abdol-wahd.* 12) الجواهر المصون الملتقط من الكنز المدفون *Gemmae conſervatae, quae inventae fuerunt ex theſauro defoſſo* autore *Scherfeddin Junis* diſcipulo τȣ *Zehebi* eſt ſylloge dictorum ſententiarumque mo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000068

ralium. 13) Tractatus mysticus quatuor tantum foliorum Principi *Kia* oblatus. Hunc *Kia* forsan Principem *Kia Omid* ex dynastia Assassinorum fuisse supponere haud absurdum, cum totum hoc opusculum sub velo mysticismi impietatem redoleat. 14) ذريعة الابرار Stemma Justorum in elogio Prophetae-panegyricus autore *Abdorrahman*, celebri sub nomine *Schani Larendensis*, turcice. 15) Collectio fragmentorum ex variis Poetis arabicis. 16) Elenchus variarum formularum quae in Divano Cahirino in usu sunt. Scriptum A. 1076 (1665). Sunt variae formulae tachygraphicae pro computis aliisque Scribarum copticorum negotiis.

548. Continetur in hoc Codice 1) Tractatus de lectionibus variis Corani autore *Mohammed B. Mohammed Ibn ol-dscheseri.* 2) كتاب المقطوعات والموصولات Liber eorum quae disjunguntur et conjunguntur in lectione, autore *Almumin Al-mokri.* 3) Commentarius poematis didactici de loco unde voces praeferri debent. 4) tractatulus de lectione Corani autore *Abul-hassan Ali Ben Mohammed Es-sachawi.* 5) حل الرموز ومحل الكنوز *Solutio subtilitatum et Gazophylacium* in arte legendi. 6) tractatus persicus de arte legendi Coranum علم التجويد 7) tractatus arabicus item de lectione, autore *Mohammed Ben Al-hossein Al-kalansi* arabice. 8) مختصر المقنع فى رسم القران Compendium sufficiens pro forma scribendi Corani juxta varias in quibus Corani exarantur urbes, ut *Medina, Mecca, Chufa, Bassra, Damascus,* opus cum praecedentibus, quae micrologias litterarum tractant non confundendum, cum fuse de collectione Corani, primis ejusdem Scriptoribus, praeceptisque in scriptione Corani observandis agat.

549. Continet tractatum de virtutibus secretis nominum Dei tractatumque astrologicum, sine initio ac fine.

550. *Coranus*, quem etiamsi inter Coranos, recenseri debuisset, ob singularitatem stupendae operae graphicae, qua exaratus est hic singulum ac inter raritates Bibliothecae Palatinae, quae vulgo visitantium ostentantur repositum ad finem totius collectionis rejecimus. Est exemplar octogonon non majori ac taleri forma eleganter sed ita minute exaratum, ut nonnisi oculis armatis legi possit. Hoc artis graphicae artificium illud in mentem reducit de quo Cicero (testante Solino Cap. V.) mentionem facit, „iliada Homeri ita subtiliter in membranis scriptam, ut testa nucis clauderetur", de qua nucis iliacae mentione ad nucem Catalogi omnium librorum, qui e praelis Constantinopolitano ac Chrysopolitano prodierunt, transeamus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000069

# Libri impressi ordine chronologico.

551. لغات وانقولي Lexicon arabicum τȣ *Wankuli*, duo T. A. H. 1141 (1728).
552. تحفه الكبار في سفار الابحار *Donum magnatum in bellis maritimis,* autore *Kiatibtschelebi Hadschi Chalfa* 4^to^ imp. A. H. 1141 (1728)
553. تاريخ سيّاح *Historia Peregrinantis*, Historia Afganidarum ex latina Crusii in turcicum translata. imp. A. H. 1132 (1729) 4^to^.
554. تاريخ هند غربي *Historia Indiae occidentalis* imp. A. H. 1242 (1729) 4.
555. تاريخ تيمور كوركان *Historia Timuri* autore *Nasmisade* imp. A. H. 1142
556. تاريخ مصر قديم و جديد *Historia Aegypti antiqua ac recens*, autore *Soheili* imp. A. H. 1142 (1729)
557. *Grammaire turque* autore *Holdermann.* Constantinople 1730.
558. اصول الحكم في نظام الامم *Principia Philosophematum in ordinatione populorum.* A. H. 1144 (1731) 4^to^.
559. فيوضات مقناطسيه *Effluvia magnetica* ut praecedens auctore *Ibrahimo* Renegato directore typographiae, imp. A. H. 1144 (1731) 4^to^.
560. كتاب جهان نما *Liber mundum monstrans.* Opus geographicum celeberrimum Hadschi Chalfae imp. A. H. 1145 (1732) fol.
561. تقويم التواريخ *Tabulae chronologicae Hadschi Chalfae*; impressae sunt A. H. 1146 (1733) fol.
562. تاريخ نعيما *Historia osmanica* τȣ *Naima*; imp. A. H. 1147 (1734) duo tomi ab anno H. 1001 (1592) usque ad annum 1070 (1659)
563. تاريخ راشد *Historia osmanica* τȣ *Raschid*, prioris continuatio ab anno 1071 (1660) ad 1134 (1721) tres tomi fol. imp. 1153 (1748)
564. تاريخ چلبي زاده *Historia osmanica* τȣ *Tschelebisade*, appendix ad opus praecedens ab anno 1134 ad 1140 imp. A. H. 1153 (1740) fol.
565. غزوات بوسنا *Victoriae bosnicae* autore *Ibrahim* imp. A. H. 1154 (1741)
566. فرهنگ شعوري *Lexicon* τȣ *Schuuri* imp. A. H. 1155 (1742) duo tomi.
567. لغات وانقولي *Lexicon* τȣ *Wankuli* editio altera A. H. 1169 et 1170 tempore *Raghib paschae* et *Mufti Nadirisade.*
568. تاريخ سامي شاكر و صبحي *Historia osmanica* Annalium praefatorum continuatio, auctoribus *Sami*, *Schakir* ac *Subhi* ab ultimo edita; incipit ab A. H. 1143 (1730) ad A. 1156 (1743) imp. A. 1198 (1783)
569. تاريخ عزي *Historia Osmanica* τȣ *Isi* ab A. 1157 (1744) ad A. 1166 (1752) imp. A. 1199 (1784) fol.
570. اعراب الكافية لزيني زاده *Commentarius grammaticalis* celeberirmi operis *Kafie* (τȣ Ibn Hadschib) autore *Seinisade* imp. 1200 (1785) 4^to^.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000070

571. گلشن خلف *Rosetum Chalifarum* i. e Historia Chalifatus autore *Nasmisade* folio parvo Imp. A. H. 1143 (1730); hic liber ordine chronologico post numerum 556 ponendus est.

572. وبان فنّ لغمده رساله‌سي *Vaubani tractatus de cuniculis*, A. 1202 (1787)

573. لغم رساله‌سي *Tractatus de Cuniculis*, ex europaeo idiomate autoris haud nominati translatus, ex eodem praelo.

574. فنّ حربه رساله‌سي *Tractatus de re militari* ex gallico idiomate τȣ *Lafite* translatus, impressus A. H. 1202 (1787) fol.

575. رسالة في قوانين الملاحة عــلا et cum titulo gallico, translatio turcica libri *Traité de manoeuvre pratique par M. Truguet à Constantinople de l'imprimerie de l'Ambassadeur de France* 1787. 8^vo^.

576. اصول المعارف في وجه تصنيف سفاين دونمنما و فنّ تدبير حركاتها i. e. *Principia de ordinatione navium clssicarum, et directione motus earundem* e praelo gallico Constantinopolitano A. H. 1202 (1788) 4^to^.

577. اصــول المعارف في ترتيب لاوردو i. e. *Principia castrametationis ex gallico opere geometrae gallici Lafite* transl. Imp. Cpli A. H. 1201 (1784)

578. لهجة اللغات *Sonus verborum*, Lexicon arabico-persico-turcicum autore *Mohammed Esaad Efendi* imp. A. H. 1210 (1795) fol.

579. صو رساله‌سي *Tractatus de aquis*, auctore *Dervisch Hafid*, quatuordecim solummodo foliorum non paginatorum, imp. A. H. 1112 (1797)

580. سبحهء صبيان *Rosarium puerorum*, glossarion arabico-turcicum alias *Mahmudije* dictum, imp. A. H. 1212 (1797) 8^vo^.

581. تحفهء وهــبي *Donum* τȣ *Wehbi*, Glossarion persico-turcicum autore *Wehbi*; imp. A. H. 1213 (1798) 8^vo^.

582. Tableau des nouveaux réglemens de l'Empire ottoman, composés per Mahmoud Efendi ci-devant Sécrétaire de l'Ambassade Impériale près la Cour d'Angleterre imprimé dans la nouvelle impimerie du Génie sous la direction d'Abdor-rahman Efendi, professeur de géometrie et d'algèbre à Constantinople 1798. fol.

583. تبيان نافع ترجمهء برهان قاطع *Declaratio utilis translationis* τȣ *Burhani Katii (Argumenti categorici)*, Lexicon persico-turcicum autore *Hossein Ibn Chalef Tebrisensi* pro Turcis enucleatum ab *Ahmed Aassim* imp. A. H. 1214 (1799) fol.

584. شرح تحفهء وهبي *Commentarius doni* τȣ *Wehbi*, glossarii sub Nro. 581. recensiti, imp. A. H. 1215 (1800) autore *Ahmed Hajati Efendi.*

585. تلخيص الاشكال *Relatio figurarum*, autore *Hossein Rifka Tamanensi*, est tractatus de cuniculis imp. A. H. 1215 (1800) 8^vo^.

586. الرسالة في الهندسة Tractatus Geometriae practicae cum 7 tabulis aeri incisis. imp. A. H. 1217 (1802) 4^to^.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000071

587. Tabulae Logarithmorum 8$^{vo}$, sine loco ac anno impressionis.

588. Calculi de projectione globorum pyrotechnicorum in tabulas reducti, 8$^{vo}$ sine loco ac anno typi.

589. اصول هندسه *Principia Geometriae*, ex anglico τȣ *Bonney Castle* a praefato Geometra Hossein translata, sine anno impressionis 4$^{to}$.

590. مجموعة المهندسين *Collectanea Geometrarum*, Elementa geometriae practicae eodem auctore ac opus theoreticum praecedens ac ut idem sine anno ac loco impressionis. 193 pag. 4$^{to}$.

591. امتحان المهندسين *Examen Geometrarum*, autore *Hossein Rifki Tamanensi*, cujus aliud opus geometricum sub Nro. 585 commemoratum est imp. Chrysopoli A. H. 1217 (1802) 4$^{to}$.

592. Tarif de douane traduit et mis en ordre alphabétique par Antoine Fonton. Constantinople A. 1802.

593. اظهار الاسرار *Manifestatio Secretorum.* Opus grammaticum τȣ *Beregli.*

594. معّرت اظهار لزيني زاده *Commentarius grammaticalis* τȣ *Zeinisade* in opus praefatum اظهار الاسرار τȣ *Beregli.* imp. A. H. 1118. (1803)

595. Diatribe de l'ingénieur Mustafa sur l'état actuel de l'art militaire du Génie et des sciences à Constantinople, imprimée dans la nouvelle typographie de Scutari fondée par le Sultan Selim III. imp. A. H. 1218 (1803) opus pseudonymum autoribus fratribus Argyropulis, qui et editionem sequentis operis curaverunt.

597. Atlas geographicus, non ex genuinis geographiae orientalis fontibus sed ex atlante τȣ *Faden* anglico litteris turcicis transcriptus 24 Chartarum. Impressus A. H. 1219 (1804) una cum explicatione fol.

596. رسالهء بركوي *Tractatus dogmaticus* τȣ *Bergewi*. seu liber elementaris officiorum religionis mohammedanicae imp. A. H. 1218 (1803) 4$^{to}$. minore.

598. شروط الصلوة *Conditiones orationis*, liber elementaris ut prior imp. A. H. 1219 (1804) 23 solummodo paginarum 8$^{vo}$.

599 جوهرهء احمديه في شرح الوصية محمّديه *Corolla margaritarum laudabilis in commentatione admonitionis mohammedanicae.* Aestimatissimus Commentarius in opus, quod reliquit celeberrimus Theologus turcicus *Beregli* sub nomine *tractatus* رساله seu وصّية i. e. admonitio quod jam sub Nr. 594 occurrit. Commentarius autorem habet celeberrimum Legisperitum *Kasi Chan* magnum sub Murade IV. omnium Mysticorum Antagonistam. imp. Chrysopoli A. H. 1219 (1804)

600. تاريخ واصف *Historia* τȣ *Wassif*, continuatio annalium osmanicorum τȣ Isi (V. sub Nro. 568) ab anno 1166 (1152) ad A. 1187 (1773) imp. Chrysopoli A. H. 1219 (1804) duo tomi folio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000072

601. فرايد آلفوايد في بيان آلعقايد *Uniones utiles in explicatione dogmatum*, autore *Ahmed Ben Mohammed Emin* imp. Chrysopoli A. H. 1223 (1805) 4^to^.

602. شرح عوامل جديد البركوي *Commentarius Regentium* (centum) arabicae grammatices in opus grammaticum τȣ Beregli, non minus magni Grammatici quam Legisperiti. Opera grammatica ejusdem duo celeberrima sunt الاظهآر et عوامل; Commentarius in prius auctore *Seinisade* occurrit sub Nro. 593; hujus Commentarii autor est *Mustafa* filius *Ibrahimi*; imp. Chrysopoli A. H. 1220 (1805)

603. شرح عوامل جديد البركوي *Commentarius Regentium* (centum) τȣ *Bergewi* est commentarius, qui idem opus quod praecedens (ejusdem tituli) illustrat; sed auctor est idem *Seinisade*, qui aliud in opus grammaticum τȣ Beregli اظهار dictum (V. sub Nro. 594) commentatus est. imp. A. H. 1220 (1805) Eodem ergo anno ambo hi Commentarii ejusdem tituli in idem opus e praelo chrysopolitano prodierunt.

604. البرهان *Demonstratio*, Logica arabica autore *Ismail Efendi*; imp. Chrysopoli A. H. 1221 (1806)

605. الدّرر المنتخبة المنثورة في اصلاح الغلطات المشهورة *Margaritae selectae dispersae ad corrigendos errores vulgatissimos*, autore Dervisch *Hafid* filio τȣ Mufti *Aaschir*, eodem qui tractatum de aquis praefatum composuit. Opus utilissimum philologicum in corrigendis erroribus lapsu linguae oriundis, imp. Chrysopoli A. H. 1221 (1806) 4^to^.

606. شرح اظهار الاسرار *Commentarius manifestationis Secretorum*, editio altera Commentarii τȣ Seinisade in opus grammaticum τȣ Beregli cujus prima editio sub Nro. 594 recensita est. A. H. 1224 (1809)

607. شرح الفوايد ضيايه *Commentarius in utilitates splendentes*, hoc est in Commentarium operis grammatici *Kafie* τȣ Ibn Malek, cujus Commentarius alter autore *Seinisade* recensitus est sub Nro. 569. Autor harum utilitatum splendentium est celeberrimus Poeta *Dschami*, qui illud composuit pro filio suo.

608. كتاب الحرم في حاشية الجامي Commentarius in opus praecedens autore haud nominato. A. 1226.

609. صرف جلهسي Cursus completus grammaticus, qui comprehendit tractatus مراح عزي مقصود بنا امثلة, quorum autores in grammaticis recensuimus; imp. A. H. 1233 (1818)

610. كتاب مناسك الحجّ *Liber officiorum peregrinationis meccanae* 1223 (1516) turcice autore Elhadsch Mohammed Edib Ben Mohammed Dervisch qui peregrinationem meccanam A. H. 1193 (1779) susceptam descripsit. 8^vo^.

611. شرح العقايد العضديه *Commentarius dogmatum azediticorum*, hoc est do

gmatices autore celeberrimo Scheicho *Dschelaleddin Ed-dewani*, quae et Metaphysicen islamiticam علم كلام dictam comprehendit, imp. Chrysopol. A. H. 1233 (1818)

612. الاوقيانوس البسيط في ترجمة القاموس المحيط *Oceanus extensus in traductione Ponti omnia circumplectentis.* Opus ingens trium maximorum tomorum in folio; imp. Chrysopoli A. H. 1233 (1817) Translationem opera indefessa ac maxima curavit *Abul-Kemal Es-eid Ahmed Aassim* translator Lexici persici τȣ *Burhan* quod vide sub Nro. 583.

713. Tres tractatus arabici grammaticales omnes de 14 Regentibus عوامل tractantes, sine nomine autorum, nuperime prodierunt mense *Dschemasiol-achir* A. H. 1234 i. e. mense Aprili 1819; ad calcem tertii adjectus est epilogus incipiens a verbis هذا اخر ما يسير الله تعالى بمنّه و كرمه بقلم الطبع من الكتب النّحوية مشتمل علي قانون العربية سيما الكافية و الاظهار وعوامل الجديد i. e. Hoc est ultimum opus impressum cum gratia Dei Omnipotentis ex libris syntacticis, qui comprehendunt Canones arabicos post *Kafiet*, *Ishar* et *Awamil* novum.

614. Glossa ad Commentarium τȣ *Dewani* in opus *dogmatum*, auctore *Mola Kelenbewi*, opus in 4$^{to.}$ 657 pag. imp. Cpli. A. H. 1233, (1818).

615. Adpendix ad glossam dictam *Mir teshib.* i. e. Princeps expurgationis. Est autem haec glossa opus τȣ *Mir Ebul-feth Es-saidi* mort. A. H. 950, qui illam composuit in Commentarium (doctissimi *Djelaleddin Mohammed Es-sidiki Ed-dewani* mort. A. H. 907); Logices et Metaphices auctor *Mesud Et-tefasani* mort. A. H. 992. auctor hujus libri idem *Kelenbevi* praefatus quartus incedit qua scriptor *Appendicis* ad *glossam* in *Commentarium* operis primarii τȣ *Teftasani.* Liber 514 pag. 4. imp. Cpli. A. H. 1234, (1819).

616. Adpendix ad glossam *Mir Teshib*, in Commentarium τȣ *Dewani*, ad opus *Adabol-adhadi.* Auctor idem est *Kelenbevi.* Praecessit illum qua glossator praefatus *Mir Ebulfeth Essaidi*, qui vestigia pressit Commentatoris *Ed-dewani* supradicti in opus τȣ *Adhadod-din Abdor-rahmen Ben Ahmed Al-Idgi* Philologi celeberrimi mort. A. H. 759, liber 609 pag. 4. imp. A. H. 1234 (1819).

617. Adpendix τȣ *Silkuti*, ad glossas τȣ Chiali, in Commentarium τȣ Teftasani dogmatum τȣ Nessefi; imp. Cpli. A. H. (1820) 4$^{to.}$ p. 392.

618. *Speculum corporum in Anatomia membrorum corporis*, autore *Schani Efendi* Historiographo Imperii Ottomanici, opus in tres libros divisum quorum primus agit de *Anatomia*, secundus de *Therapia generali* et tertius de *Therapia speciali*; duo Tomi. Tomus I. 131 pag. cum 65 tabulis aeri incisis; 283 pag. Imp. Cpli Fol. A. H. 1235, (1820).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000074

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000075

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000076

Q: Hb 301. 2°

ULB Halle 3/1
001 168 07X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000077

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-39126/fragment/page=00000078